



ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ

RECOGNOVIT

ET

ILLUSTRAVIT

GEORG AUGUST HERBST,

PHIL. DR.

SCHOLAE BERNBURGENSIS CONRECTOR.

HALIS SAXONUM

IN LIBRARIA GEBAUERIA.

MDCCCXXX.

C. G. KRUEGERO

SACRUM.

C. G. KRUEGERO

SACRUM.

PRAEFATIO.

Quos tribus abhinc annis publicavi Xenophontis de Socrate Commentarios, tum aliorum tum meis qualibuscunque annotationibus instructos, quum docti homines ita excepissent[1]) ut in illis vel emendandis vel illustrandis non frustra curam operamque posuisse viderer: quidquid mihi stati labores tribuebant otii, id omne fere in reliquis eius operis partibus, quod Socrati defendendo eiusque universo vitae generi moribusque adumbrandis scriptum est ab Xenophonte[2]), vel emendandis vel illustrandis consumere institui. Quod igitur nunc emitto Symposium, in eo adornando ut idem fuit consilium, quod in edendis Commentariis eram secutus[3]), ita eandem fere explicandi viam ac rationem tenendam putavi.

---

1) Cf. Allgem. Schulz. 1827. Abth. II. no. 25. p. 323 sq. Hall. Lit. Z. 1827. n. 212 sq. p. 9—19. Leipz. Lit. Z. 1828. n. 270. p. 2153—2158. Iahrb. f. Phil. u. Paedag. herausgegeben von Iahn. 1828. Vol. I. Fasc. 3. p. 281—296.

2) Complectitur hoc opus Commentarios, Oeconomicum et Symposium.

3) Cf. Praefationem ad Commentarios.

In Prolegomenis quae disputantur ea pleraque omnia C. G. Kruegeri debentur doctrinae, qui rogatus a me ut quae de Hipponici, Calliae patris, obitu explorata haberet mecum communicaret, tam officiosum sese in me praestitit ut non satis haberet me docere quod scire in voto erat, sed longiorem mihi mitteret dissertationem, qua eum iudico non solum de Convivii personis accuratius quam alium quemquam egisse, sed etiam quaestionem illam de anno quo institutum illud fuerit, a Schneidero non ad liquidum perductam, profligasse.

Ceterum quum in hoc Xenophontis libello haud pauci legenti occurrant[4]) loci quorum sensus valde sint opinabiles et tantum coniecturis contineantur, lectores meos humanissimos vehementer rogo, ne, si hic illic a mea sententia sibi discedendum putaverint, totum hunc meum laborem improbent.

---

4) Hanc locutionem non ut parum latinam reprehendendam esse docuit *I. Ch. Herbst*, frater meus, in Lectt. Tullianarum Spec. p. 21.

Bernburgi Cal. Iun. 1830.

G. A. Herbst.

INDEX CODICUM.

A. Codex Parisinus 1643., diligenter quidem exaratus, sed qui perpaucis locis memorabilem scripturam non aliis quoque in libris repertam praebeat.
B. Codex Parisinus 1645., non solum multis iisque gravibus mendis refertus, sed etiam in quaque fere pagina compluribus defectus vocabulis.
C. Codex Parisinus 2955., Symposii nonnisi fragmentum exhibens inde a Cap. VIII, 23.
D. Scripturae variae a viro quodam docto margini editionis Stephanianae prioris appictae.
E. Scripturae variae a Victorio ex bono codice Mediceo ad margines Aldinae annotatae.
F. Coniecturae et Emendationes Villoisoni exemplari appictae, quarum auctor non codice aliquo, sed Aldina vel Stephaniana priori usus Iuntini exemplaris vitia correxit.

Codices Parisinos A. B. C. atque exemplar viri docti quod litera D signavimus Gailius comparavit vel comparari iussit ad editionem Zeunianam, quacum libri illi convenire putandi sunt ubi eorum scriptura siletur. Non iniuria tamen de Gailii negligentia queritur Bornemannus in Praefat. ad Xenoph. Apol. p. VIII sq. De varietatibus quas literis E. F. signavimus vid. eundem Bornem. l. l. p. IX.

INDEX EDITIONUM.

i. Iuntina utraque, quarum prior Euphrosyni Bonini cura prodiit Florentiae 1516, posterior 1527. Haec illam tam accurate expressit ut scripturae nullae reperiantur varietates.
a. Aldina ab Andrea de Asola, Aldi socero, curata prodiit Venetiis 1525.
b. Halensis, curata a Philippo Melanthone Iuntinam plerumque secuto, Halae Suevorum prodiit 1540.

b. 1. Basileensis s. Brylingeriana prior, quae ad lucem emissa est Basileae apud Brylingerum 1545. Textum refert Iuntinae et Halensis.

c. Castalionis (Châtillon) editio, Halensi et Brylingerianis editionibus multo emendatior, Basileae prodiit apud Isingrinum sine anni nota.

b. 2. Basileensis s. Brylingeriana altera, cura Ioh. Petri, anno 1555 Basileae apud Brylingerum emissa, maximam partem cum Castalionis textu congruit.

st. 1. Stephaniana prior, quae 1561., et

st. 2. Stephaniana posterior, quae 1581. Lutetiae Parisiorum prodiit. Haec illa multo praestantior.

l. 1. Leunclaviana prima, Basileae 1569.

l. 2. Leunclaviana sec. (a prima praeter titulum nihil differens) opera Leunclavii Amelburni, Basil. 1595.

l. 3. Leunclaviana tertia edita a Frid. Sylburgio. Francofurti 1596. Textus ad verbum repetitus est Lutetiae Paris. typis regiis 1625. — In omnibus editionibus Leuncl. non posterioris, sed prioris Stephanianae textum repetitum fuisse testatur Bornemann.

w. Welsiana, nitida magis quam correcta editio. Emissa est Oxoniae 1703. Emendatam multis locis Thieme repetiit Lips. 1763.

Veteres has editiones accurate comparavit et scripturas earum varias consignavit Bornemannus, ex cuius editione nos pro instituti nostri ratione memorabiliores tantum scripturas excerpsimus.

Antiquioribus illis editionibus recentiore aetate accesserunt:

1. Xenophontis Oec.; Apol. Socratis, Symposium, Hiero, Agesilaus cum animadversionibus Ioh. Aug. Bachii, Lips. 1749.
2. Xenoph. Oec., Apol., Symp., Hiero, Ages., epp. Fragm. rec. I. C. Zeunius. Lips. 1782.
3. Xenoph. Sympos. Textu recognito in usum lectionum edidit Guil. Lange. Adiuncta est locorum Symposii difficiliorum censura et explicatio. Hal. Sax. 1802. Editio altera et emendatior 1825.
4. Xenophontis scripta, illustrata a Beniam. Weiske. Vol. V, Oec., Hier., Apol. et Mem. continens, Lips. 1802.
5. Xenoph. Oec., Conv., Hier., Ages, recens. I. G. Schneider. Lips. 1805.
6. Oeuvres complètes de Xenophon, traduites en françois, et accompagnées du text grec, de la version latine, de notes critiques, de variantes de MSS. de la biblioth. royale etc. Par I. B. Gail. Paris 1804—1816. (Non licuit mihi hac editione uti; neque id valde dolendum.)
7. Xenoph. Oec., Conv., Hiero, Agesil. edidit Godofred. Schäfer. Lips. Weigel. 1818.

8. Xenoph. Conviv. et Ages. Recensuit Ludov. Dindorf. Lips. Weidmann. 1823. (Textui subiecta est varietas scripturae.)
9. Xenophontis Convivium. Recensuit et interpret. est F. Aug. Bornemann. Lips. 1824. (Haec est omnium Convivii editionum longe copiosissima.)
10. Xenoph. Scripta minora cum brevi annotatione critica edidit Lud. Dindorf. Lips. Teubner. 1824. Haec editio non ubique prioris ab eodem Dindorfio paratae editionis textum refert.

INDEX CETERORUM HUIUS EDITIONIS ADMINICULORUM.

Wieland: Versuch über das Xenophontische Gastmahl, als Muster einer dialogisirten Erzählung betrachtet. (Exstat haec dissertatio in Wielandii Mus. Att. IV, 2. p. 99 sqq. Praefixa est eadem Bornemanni editioni.)
Boeckh: Disputatio de simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. 1811.
Conrad von Orelli: Anmerkungen zu Xenophons Gastmahl. Mit Zusätzen von I. H. Bremi. Zürich. 1814. (Iterum haec ad Convivium annotata edita sunt in Appendice ad Isocratis de Antidosi orationem ab I. C. Orellio editam).
Ioannes Brown: Specimen literarium inaug. exhibens Observatt. in Xen. Sympos. et Cyrop. Lugd. Bat. 1816.
Voigtlaender: Brevis de locis nonnullis Xenoph. disputatio. Schneeberg. 1826.
Erinnerungen an Socrates, Vertheid. d. Socrat. und Gastmahl, übersetzt von *Christ. Eberh. Finckh.* Stuttg. b. Metzler. 1827.
Xenophon: Zur Rettung seiner durch B. G. Niebuhr gefährdeten Ehre dargestellt von *Ferd. Delbrück.* Bonn. 1829.

PROLEGOMENA
in
SYMPOSIUM.

Dialogorum scriptores quum non id agant ut quae gesta sint ad historiae fidem exponant, sed eorum quos quasi in scenam producunt iudicia moribus atque ingeniis accurate notatis explicent, sine dubio non sunt reprehendendi etiamsi, ubi homines non fictos loquentes inducunt, evidentiam consectati veritatis negligentiores sint. Nam hic ut evidentissimum quidque est, ita verissimum videbitur. Facillime autem condonabitur temporum incuria. Quotus enim quisque tam morosus est ut quam voluptatem ex dialogi bene scripti lectione percipit, eam ad temporis rationem quidque exigendo minuere instituat? Non est igitur cur Plato vituperetur quod aliquoties coniunxerit quae revera iuncta esse non potuisse temporibus accuratius notatis perspiciamus, dum quae in hoc genere peccavit eum aliquid secutum commisisse appareat. Neque enim frustra ac sine causa quid facere dignum est tanti viro ingenii. Itaque cavendum est ne temere dialogi scriptorem temporum negligentem fuisse insimulemus; quae cautio tanto magis in Xenophonte adhibenda est, quanto magis illum veritatis studiosum fuisse constat: qui tametsi in convivio magis quam in ceteris quae a Socrate disputata rettulit poetica quadam libertate versatus videtur, tamen hic quoque ad historiae fidem quidque compositum esse videas. Quod ut perspiciatur, singula quae huc pertinent examinemus accuratius.


Ac primum ut definiatur quo anno Autolycus[1]) pancratio vicerit, cuius victoriae celebrandae causa Callias convivium apparavit, quaerendum est quando Hipponicus, Calliae pater, decesserit. Nam hunc eo tempore mortuum fuisse ex Calliae divitiis et fratris Hermogenis paupertate apparet. Atqui Andocide teste Hipponicus praetor in pugna ad Delium Ol. 89, 1. facta occisus est: *τελευτήσαντος Ἱππονίκου στρατηγοῦντος ἐπὶ Δηλίῳ.*[2]) Sed eo proelio Hippocratem praetorem fuisse Thucydides[3]) aliique tradunt. Itaque Palmerius[4]), ut scriptores conciliaret, Hipponicum Hippocrati adiunctum fuisse statuit. Idem de Lachete sumpseris, quo praetore ad Delium pugnatum esse Cicero[5]) memorat. At hic, opinor, merus error est. Neque enim dubitaverim quin Cicero quum Lachetem, quem aliquando praetorem fuisse reminisceretur, ad Delium pugnasse legisset, Lachete praetore ibi pugnatum esse opinatus sit. Nam Plato rem ita exponit[6]) ut Lachetem praetorem non fuisse manifestum sit. Neque enim equo vectus esse dicitur nec ulla in re ducis munere functus esse significatur. Quod quum deberet si neglexisset, quanto maior Socratis laus futura erat, si Plato ubi Lachetem cum eo comparat Socratem ipsi praetori animi praesentia praestitisse traderet.[7]) Deinde neque Lachetem neque Hipponicum ad Delium praetores fuisse ex eo collegeris quod Thucydides solum Hippocratem

---

1) Eius victoriam nobilitavit Leochares. Plin. H. N. XXXIV, 8. [19, 17.]: (Leochares fecit) *puerum Autolycon, propter quem Xenophon Symposion scripsit.* Hominem posthac a triginta viris interfectum esse tradunt Plutarch. Lys. 15. et Diodor. XIV, 5, ubi *ἄνδρα παγκρατιαστὴν* quam *παῤῥησιαστὴν* malueris. Patrem eius Lyconem notavit Aristophanes Vesp. 1301. Cf. Schol. ad 1169., ubi *ἀπ' Αὐτολύκου* pro *ἀπὸ Λύκου* legendum est.
2) Andoc. in Alcib. 13. p. 30.
3) IV, 90. 94. cf. Diodor. XII, 69. Plutarch. Nic. 6.
4) Exercitatt. p. 52.
5) De Divinat. I, 54.
6) Sympos. XXXVI, 5 sq. p. 221. et Lach. p. 481. f.
7) Aptissime poterat Symposii loco p. 221. a.: *ὅσον περιῆν Λάχητος τῷ ἔμφρων εἶναι.*

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ



RECOGNOVIT
ET
ILLUSTRAVIT

GEORG AUGUST HERBST,
PHIL. DR.
SCHOLAE BERNBURGENSIS CONRECTOR.

HALIS SAXONUM
IN LIBRARIA GEBAUERIA.
MDCCCXXX.

C. G. KRUEGERO

SACRUM.

C. G. KRUEGERO

SACRUM.

divitias hereditatis iure solus[51] accepisset omniumque Atheniensium longe ditissimus haberetur[52], magnitudinem fortunae suae quasi peccandi licentia metiens nihil iam aut luxuria aut libidine infectum relicturus videbatur: tanta in isto fuit vini[53] et veneris[54] aviditas, tanta pecuniarum profusio.[55] Licet vero neque praestanti ingenio neque eximia doctrina fuisse videatur[56], tamen ut aliquem eruditionis cultum et literarum amorem ostentaret vanitatique suae satisfaceret, hominum literatorum, inprimis sophistarum consuetudinem et familiaritates vehementer appetebat. In his commemorantur Protagoras, cui prae ceteris addictus fuisse perhibetur[57], Gorgias et Prodicus. Summa autem usus et in hos et in ceteros eius aetatis sophistas liberalitate atque munificentia, non solum institutionis mercede[58] eos locupletavit amplissima, verum etiam domum suam hospitaliter recepit, ut iis non commorandi deversorium, sed habitandi daret.[59] Reliquis eius

---

51) Alterum Hipponici filium, Hermogenem, admodum pauperem relictum fuisse constat. Vid. ad Apomn. II, 10, 3.

52) Plutarch. de Cupid. Divit. c. 8. Libanius Orat. X. p. 295. B.

53) Aelian. V. H. IV, 23.

54) Aristoph. Avv. v. 284 sqq. Schol. ad Arist. Rann. v. 432. Schol. ad Lucian. Iov. Trag. c. 48.

55) Heraclides Pont. l. l. Athen. IV. p. 169. A., ubi inter ἀσώτους numeratur.

56) „Nam quod tibiis scite cantasse dicitur a Chamaeleonte, Heracl. ap. Athen. IV. p. 184. D., id valde vereor ut magnae laudi ei ducendum putaverint Athenienses. *Doctissimum* autem qui eum dicit Macrobius Sat. VII, 1. haud dubie ipsam illam cum Sophistis consuetudinem spectavit" etc. *Meineke* Quaestt. scenic. Spec. I. p. 53. Fallitur tamen Meinekius quum in sequentibus dicit Calliam ab Aeschine Socr. apud Athen. V. p. 220. B. stupidum bardumque (κοάλεμον) appellatum esse. Haec enim sunt verba Athenaei: ἐν δὲ τῇ Ἀσπασίᾳ Ἱππόνικον μὲν τὸν Καλλίου κοάλεμον προσαγορεύει.

57) Plato Cratyl. p. 391. C.

58) Plat. Apolog. p. 20. A. Καλλίας . . . ὃς τετέλεκε χρήματα σοφισταῖς πλείω ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι. Cf. Cratyl. l. l. et p. 341. C.

59) Plat. Protagora §. 18. cl. Themist. Orat. XXIX. p. 347. C. Apparet autem ex Platonis loco, e quo sua hausit Themistius, Calliam aedes suas post mortem demum patris patefecisse.

assentatoribus et parasitis rapacissimis quique auctore Eupolide[60]) ab epulis lautis ac splendide ornatis neque ferro neque igni moveri possent, inprimis Melanthius[61]) tragicus, Marpsias[62]) demagogus Orestesque[63]) nocturnus grassator annumerantur. Scurras quoque, praestigiatores, saltatores, tibicines aliosque id genus homines adesse consuevisse ex ipsa Xenophontis enarratione convivii cognoscere licet.[64])

Sororem quam habuit Hippareten non diu post patris obitum Alcibiadi in matrimonium dederat cum dote talentorum decem.[65]) Ipse uxorem duxit Glauconis filiam[66]); qua defuncta alterum iniit matrimonium cum Ischomachi et Chrysiadis filia et intra unius anni spatium cum ipsa Chrysiade, ut uno eodemque tempore matrem et filiam foedo sibi matrimonio iunctas haberet. Sed Chrysiadis filia quum commune istud matris coniugium ferre nec vellet neque posset, suspendio vitam finire conata, ubi res non cessit ex voto, clam aufugit. Mox eadem sors matri evenit. Ex qua quem Callias sustulerat filium primo eiuravit, quia Epilyci filiam petenti Andocides puellae orbae cognatus intercedebat. Interiecto autem complurium annorum spatio denuo Chrysiadis turpiter olim dimissae amore captus non solum ipsam, sed etiam adultum filium domum suam re-

60) In fabula quae *Κόλακες* (Parasiti) inscribitur, de qua disputat Meinekius l. l. p. 55.
61) Aristoph. Pac. v. 803. cum Scholiis.
62) Aristoph. Acharn. v. 701. cum Schol.
63) Aristoph. Avv. v. 712. c. Sch.
64) I, 11. II, 1.
65) Plutarch. Alcib. c. 8, qui quod refert Hipponicum Alcibiadi Hippareten collocasse, id ipse dubium reddit adiectis verbis: *ἔνιοι δέ φασιν οὐχ Ἱππόνικον, ἀλλὰ Καλλίαν τὸν υἱὸν αὐτοῦ δοῦναι τῷ Ἀλκιβιάδῃ τὴν Ἱππαρέτην ἐπὶ δέκα ταλάντοις*, neque convenit cum temporum rationibus. Constat enim Hippareten Olymp. 91. nupsisse, quo tempore Hipponicus iam decesserat. De insidiis Calliae ab Alcibiade structis v. Andocid. c. Alcib. p. 150. Plut. l. l. Schol. Lucian. Iov. Confut. T. II. p. 638.
66) Andocides de Mysteriis p. 119. *Bekker*. Idem de sequentibus consulendus.

duxit, neque eum puduit, quum Callides quidam intercederet, eundem suum esse iurare quem antea abiuraverat.

Talem se Callias exhibuit in vita domestica. In administrandis publicis negotiis nihil fere memorabile gessit nisi quod in bello Corinthio una cum Iphicrate exercitui praefuit[67]) et quum Lacedaemoniorum πρόξενος esset, aliquoties Spartam de concilianda pace legatus est.[68]) Daduchi munere eum functum esse in Calliarum familia prope hereditario ex ipso Xenophontis symposio[69]) videre licet.

Supremos vitae annos Callias cum vetula barbara in tanta egestate transegit ut adeo quotidiano victu careret.[70]) Vixisse eum ultra Olymp. 102, 2. constat[71]); sed de tempore quo obiit non magis quicquam compertum habemus quam de mortis ratione.[72])

---

67) Xenoph. Hellenic. IV, 5, 13. et Harpocrat. s. v. ξενικόν.
68) Xenoph. Hell. VI, 3, 4.
69) VIII, 40. cf. Hell. IV, 3, 3. Andocid. l. l. et Krueger. de pace Cimon. p. 237,
70) Heraclid. Pont. ap. Athen. XII. p. 537. C..
71) Xenoph. Hellen. VI, 3. 4.
72) Absurde Aelian. V. H. IV, 23. Calliam dicit cum Pericle et Nicia cicutam bibisse atque ita perdidisse vitam. De qua narratione iustum ferre licebit iudicium, si eam cum Athen. l. l. et p. 533. C. contuleris.

SUMMARIA.

Convivium Athenis instituerat tempore Panathenaeorum magnorum Callias, homo ditissimus, in honorem Autolyci ab ipso amati et tum pancratio victoris. Ad illud etiam Socrates cum familiaribus nonnullis vocatur. Convivae cum accubuissent, omnes capti forma Autolyci vel admirationem suam vel amoris quendam sensum tacite vultu et gestu ostendebant. Eorum silentium interrupit Philippus scurra, qui intromissus a Callia, ut una coenaret, aliquos iocos parasiticos protulit, ut convivas exhilararet; sed frustra ab initio: unde sat ridicule de fortuna sua conquestus est (c. 1.). Mensis remotis venit ad comissationem Syracusanus cum tibicina, saltatrice et puero formoso, qui scienter et cithara caneret et saltaret. Iam cum Callias ob liberalitatem et elegantiam convivii laudatus unguento quoque convivas delectare vellet, Socrates, qui semper e loco, tempore et personis materiam sermonis fructuosi capiebat, negat illud sexui virili convenire et ostendit cuius generis odores adolescentes et viri spargere debeant. Cum porro puella mirifice saltaret, ait muliebre ingenium non esse deterius virili, dummodo colatur disciplina. Eadem cum saltationem periculi plenam edidisset, disputare incipit cum Antisthene virtus an possit doceri. Denique cum puer scite saltasset, docet saltationis utilitatem et necessitatem. Philippus pueri puellaeque saltationem imitari ridicule conatur et satis defatigatus sitiensque poscit maiorem phialam. Unde Socrates mediocrem vini usum commendare aggreditur et ut minutis poculis bibatur suadere (c. 2.). Cum tibiae lyraeque cantu delectari viderentur convivae, Socrates ait honorificentius esse si sermonibus habendis sibimet ipsi prodessent seque delectarent quam si ex puellis cantantibus caperent voluptatem. Itaque singuli rogati aperuerunt qua facultate sibi quisque excellere videretur et qua re sibi maxime placeret (c. 3.). Convivae hic deinceps reddunt rationem rei ob quam quisque maxime sibi placeat. Callias iactat artem qua homines efficiat iustio-

res, quam dandis non praeceptis sed numis exerceat. Niceratus praedicat se, Homeri carmina cum teneat memoria, versibus Homeri posse res humanas fere omnes comprobare. Critobulus pulchritudinem suam iactat cuius ope homines ad multas virtutes adducat. Charmides recenset paupertatis suae commoda; Antisthenes contra licet pauperrimus divitias suas praedicat. Hermogenes amicis certis gloriatur eosque intelligit deos sibi propitios. Philippus scurram quod agat, vehementer sibi placet; quia omnes beati se invitent ad coenam reddantque partorum bonorum participem. Syracusanus suam felicitatem collocat in hominum stultitia, qui praestigiis sibi et spectaculis delectati dent suis unde commode vivere possit. Socrates denique demonstrat praestantiam et utilitatem lenocinii h. e. artis hominum benevolentiam sibi aliisque conciliandi (c. 4.). Narratur certamen lepidum plenumque facetiarum de pulchritudine inter Critobulum satis formosum et Socratem insigniter deformem, qui more suo h. e. ironice, suam commendat formam, oculos exstantes, simum nasum, os amplum, crassa labia, et omnino similitudinem cum Silenis Naiadum filiis: atque cum victus discessisset, iudices corruptos esse iocose queritur (c. 5.). Hermogenem adhuc tacentem Socrates de vi παροινίας rogans non sine ioco excitat ad sermocinandum. Syracusanus offensus Socrati convicium facere incipit. Sed partim Socratis modestia partim Antisthenis interpellatione conviciatoris importunitas reprimitur et confutatur (c. 6. 7.). Socrates de amore venereo disputaturus iocose de nequitiis Antisthenis et molestiis quas sibi exhibeat conquestus honestiorem Calliae amorem laudat atque hinc docere aggreditur admirabili cum gravitate et copia, quanto praestantior sit amor pueri ortus ex eius indole et animo quam is qui e pulchra corporis forma et ex obscoenis cupiditatibus oriatur (c. 8.). Saltatio mimica exhibet Bacchi cum Ariadne congressum et convivium concludit (c. 9.).

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

I. Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα οὐ 1

Ξενοφῶντος συμπόσιον] a b c h i interserunt ῥήτορος, quod pluribus Xenophontis libris praepositum recte repudiarunt Editores. Non magis placet φιλοσόφων, quod interponunt Codd. Flor. duo apud Bandinium catal. biblioth. Laurent. II. p. 285. et III. p. 203. Cf. hac de re Wolf. Prolegg. ad Plat. Symp. p. XXXV sq.

§. 1. ἐμοὶ] Aristid. T. II. p. 501. ἔμοιγε, quod cum ceteris libris non agnoscunt codd. Fl. ap. Band. Idem omisit ἔργα.

Συμπόσιον] Cic. Epist. ad Divv. IX, 24. Sapientius nostri quam Graeci: illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id est *compotationes* aut *concoenationes*; nos *convivia*, quod tum maxime simul vivitur. Cf. *de Senect.* XIII, 45.

CAP. I.

1. ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ] Quemadmodum Xenophon in Commentariis de Socrate maximeque in Oeconomico magistrum suum fere de rebus seriis ac gravibus disputantem fecerat, ita in conscribendo Symposio id potissimum videtur spectasse, ut imagine ad veritatem expressa ostenderet quibus idem ille inter pocula usus sermonibus, quum de rebus ludicris aut certe levioribus colloquia haberentur, amicorum commodis et utilitati serviisset. Itaque fuere qui ἀλλά, unde hic libellus exorditur, ad ipsa illa scripta, quibus Socratis defensionem Xenophon inchoaverat, respicere putarent. Sed hoc si voluisset scriptor, sic fere orationem exorsus esset: Δοκεῖ δέ μοι κ. τ. λ. Neque favet illi rationi simile initium libelli de Rep. Lac.: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας κ. τ. λ. Rectius igitur particulam ad augendam enuntiationis vim valere statueris. Cf. Buttm. Gr. §. 136. p. 435.

ἔργα] Non debebat Stephanus hanc vocem damnare ea de causa quod sequatur πραττόμενα: nibil enim hac locutione

μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς. οἷς δὲ παραγενόμενος

---

frequentius. Non magis casus quidquam habet offensionis, dummodo teneas *ἔργα — εἶναι* esse *propositionem*, quam logici vocant, *copulativam a parte ante compositam*, in qua, ut poscit usus et Graecae et Latinae linguae, *notio principalis*, quae voce *ἔργα* continetur, praecedit, *determinantes* subsequuntur. Ex nostra dicendi ratione verba sic debebant componi: *οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἔργα κ. τ. λ.* Itaque nihil eorum tribuendum est opinioni qui aut de partitiva cogitantes propositione *ἔργα* per casuum enallagen pro *ἔργων* dictum aut qui sequentia *οὐ μόνον — παιδιαῖς* per appositionem quandam subiecta arbitrentur. Plane aliter comparatus est locus IV, 35. *οἶδα δὲ καὶ ἀδελφούς, οἳ τὰ ἴσα λαχόντες ὁ μὲν αὐτῶν τἀρκοῦντα ἔχει — ὁ δὲ τοῦ παντὸς ἐνδεῖται.* ubi vid. annot.

μετὰ σπουδῆς] *σπουδῇ.* Matth. §. 587. 3. Voci *σπουδή* opponitur fere *παιδιά* s. *παιδιαί.* Plato Phileb. p. 30. E. *ἀνάπαυλα — τῆς σπουδῆς γίγνεται ἐνίοτε ἡ παιδιά.* Similiter Xenoph. Agesil. VIII, 2. *μετεῖχε μὲν ἥδιστα παιδικῶν λόγων, συνεσπούδαζε δὲ πᾶν ὅ τι δέοι φίλοις.* Apomn. IV, 1, 1. *παίζων οὐδὲν ἧττον ἢ σπουδάζων ἐλυσιτέλει τοῖς συνδιατρίβουσι.* Plat. Gorg. p. 481. B. *σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης ἢ παίζει;* Euthydem. p. 283. B. *πότερον παίζετε ταῦτα λέγοντες ἢ ὡς ἀληθῶς ἐπιθυμεῖτε καὶ σπουδάζετε;* Sensum loci Xenophontei, non verba rettulit Plutarch. Agesil. c. 19. *ὁ μὲν γὰρ Ξενοφῶν φησι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔχειν τι καὶ τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς καὶ διατριβὰς ἀξιομνημόνευτον.* Cf. idem Plut. Q. Sympos. VI. prooem. *εἰ τὰ σωματικὰ τὰς ἡδονὰς παρεῖχον, ἔδει καὶ Ξενοφῶντα καὶ Πλάτωνα μὴ τῶν λαληθέντων, ἀλλὰ τῶν παρατεθέντων ἐκ Καλλίου καὶ Ἀγάθωνος ὄψων καὶ πεμμάτων ἀπογραφὴν ἀπολιπεῖν· νῦν δ' ἐκεῖνα μὲν οὐδέποτε, καίπερ ὡς εἰκὸς ἐκ παρασκευῆς γινόμενα καὶ δαπάνης, λόγου τινὸς ἠξιώθη· τὰ δὲ φιλοσοφηθέντα μετὰ παιδιᾶς σπουδάζοντες εἰς γραφὴν ἀπετίθεντο καὶ κατέλιπον παραδείγματα τοῦ μὴ μόνον συνεῖναι διὰ λόγων ἀλλήλοις παρὰ πότον, ἀλλὰ καὶ μεμνῆσθαι τῶν λαληθέντων.* ibid. VII, 3. *κοινωνία γάρ ἐστι καὶ σπουδῆς καὶ παιδιᾶς καὶ λόγων καὶ πράξεων τὸ συμπόσιον.* Gregor. Corinth. ad Hermog. in Reisk. Oratt. Vol. VIII. p. 967. *συμπόσια δὲ Σωκρατικὰ διὰ σπουδαίων καὶ γελοίων ἐκφέρονται κ. τ. λ.*

παραγενόμενος] Significat Xenophon se Calliae convivio interfuisse, ut maiorem narrationi suae fidem faciat; quanquam haud scio an modestia quadam ductus nullas sibi loquendi partes tribuit. Cf. tamen ad III, 12. Mendacii Xenophontem arguit Athenaeus V, 56. *πάντ' οὖν ψεύδονται οἱ φιλόσοφοι καὶ πολλὰ παρὰ τοὺς χρόνους γράφοντες οὐκ αἰσθάνονται; καθάπερ οὐδ'*

ταῦτα γιγνώσκω δηλῶσαι βούλομαι. ἦν μὲν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία, Καλλίας δὲ ὁ Ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν Αὐτολύκου παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων ἐπὶ τὴν θέαν. ὡς δὲ ἡ ἱπποδρομία ἔληξεν, ἔχων τόν τε Αὐτόλυκον καὶ 2

ὁ καλὸς Ξενόφῶν, ὅς ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑποτίθεται Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου Αὐτολύκου τοῦ Λύκωνος ἐρῶντα καὶ νενικηκότος αὐτοῦ παγκράτιον ἑστίασιν ποιούμενον καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα αὐτὸν τὸν ἴσως μηδὲ γεννηθέντα ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. ἔστι δ' οὗτος ὁ καιρὸς καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. Sed fallitur Deipnosophista, siquidem idoneis testimoniis probatum est dudum Aristione archonte Xenophontem certe tertium et vigesimum egisse annum. Vid. Kruegeri Prolegomena.

ταῦτα] saepe ita infertur numero plurali quum tota quae praecessit sententia spectatur. Plat. Phaedo. p. 62. D. ἀλλ' ὁ ἀνόητος ἄνθρωπος τάχ' ἂν οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου. Vid. ad Apomn. III, 6, 6. Reisig. ad Soph. Oed. Col. p. 326. et Seidler. ad Eur. Ion. ed. Herm. p. X.

2. Παναθηναίων τῶν μεγάλων] De genitivo temporis vid. Buttm. §. 119. 6. 4). et Matth. §. 377. 2. Panathenaea erant vel minora, quotannis instituta, vel maiora, quinto quoque anno celebrata (καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα, i. e. alle 4 Jahre. Cf. Boeckh. Die Staatshaushaltung d. Athen. I, 178. 468. II, 245. et 165 sqq., cui imperite obloquitur Pinzger. in Praefat. ad Lycurg. or. c. Leocrat. p. 9., πεντάετηρίδα spatium quinque annorum designare arbitrans). Magnis autem Panathenaeis, quae inde a die XXVIII mens. Hecatomb. (Iul.) agi coeperant, peplum, cui intextae erant res a Pallade gestae maximeque pugnae cum Titanibus et Gigantibus magna colorum varietate conspicuae, ad templum Minervae navi machinis promota vehebatur. Plura dicemus ad IV, 17.

νενικηκότα - παγκράτιον] De structura vid. Buttm. §. 118. 6. et Matth. §. 409. 3. παγκράτιον ex *pugilatu* et *lucta* constabat. Plutarch. Sympos. II, 4. μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης. Xenoph. Anab. IV, 8, 27. πάλην δὲ καὶ πυγμὴν καὶ παγκράτιον ἠγωνίζοντο. Scholiastae ad Platon. de Rep. p. 338. C. παγκράτιόν est ἀγών τις ἐξ ἀτελοῦς πάλης καὶ ἀτελοῦς πυγμῆς συγκείμενος. Advertant autem tirones in verbis αὐτὸν — ἧκεν ἄγων traiectionem participii. Anab. IV, 4, 16. ἄνδρα δὲ συλλαβὼν ἧκεν ἄγων. Sophocl. Oed. Col. v. 358. Herm. νῦν δ' αὖ τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ | φέρουσα; Eurip. Phoen. v. 466. Matth. σὺ γὰρ στράτευμα Δαναϊδῶν ἥκεις ἄγων. ibid. v. 706. ταῦθ' ἥκω φράσων. v. 1072. ἦ που ξυμφο-

τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀπῄει εἰς τὴν ἐν Πειραιεῖ οἰκίαν· συν-
3 είπετο δὲ αὐτῷ καὶ Νικήρατος. ἰδὼν δὲ ὁμοῦ ὄντας
Σωκράτην τε καὶ Κριτόβουλον καὶ Ἑρμογένην καὶ Ἀν-
τισθένην καὶ Χαρμίδην, τοῖς μὲν ἀμφ' Αὐτόλυκον
ἡγεῖσθαί τινα ἔταξεν, αὐτὸς δὲ προςῆλθε τοῖς ἀμφὶ
4 Σωκράτην καὶ εἶπεν, Εἰς καλόν γε ὑμῖν συντετύχηκα·
ἑστιᾶν γὰρ μέλλω Αὐτόλυκον καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ.
οἶμαι οὖν πολὺ ἂν τὴν κατασκευήν μοι λαμπροτέραν
φανῆναι, εἰ ἀνδράσιν ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχὰς

---

§. 4. ἐγκεκαθαρμένοις] Non male Aristid. et st. 2. ἐκκεκ. Vid. annot. Eandem lectionem exhibere MSS. Par. e Gailii silentio non immerito suspiceris.

ρὰν ἥκεις φέρων; v. 1075. τί μοι ποθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος; Plato Phaedo. p. 116. C. οἶσθα γὰρ ἃ. ἦλθον ἀγγέλλων. Sed ibid. p. 117. A. καὶ ὁ παῖς — ἧκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον. — Ad sequens θέαν subaudi τῆς ἱπποδρομίας.

οἰκίαν] accipiunt h. l. de *villa*. Alteras aedes Callias in Melitensium δήμῳ habuit. Cf. Schol. Lucian. Iov. Trag. II. p. 696.

3. τοῖς μὲν ἀμφ' Αὐτόλυκον] intellige *Autolycum eiusque comites*. Mox ita habes τοῖς ἀμφὶ Σωκράτην. Omnino triplici modo hoc genus loquendi, proprium Graecis et familiare, usurpatum esse constat. Vid. Matth. §. 272. et Buttm. §. 137.

4. εἰς καλόν] εὐκαίρως, *opportune*. Anab. IV, 7, 3. εἰς καλὸν ἥκεις. Sic Plato Menon. p. 90. A. Sympos. p. 174. E. Hipp. Mai. p. 286. C. E. Similiter εἰς καιρὸν Xenoph. Cyrop. III, 1, 8. Plat. Protag. p. 340. E. et καιρόν, omissa praepositione, Sophocl. Aiac. v. 34. εἰς δέον, velut Lucian. Contempl. c. 1. καί μοι δοκῶ ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοι. Cf. Sophocl. Antig. v. 386. — De constructione verbi συντυγχάνειν vid. Matth. §. 383. cl. §. 379. n. 2.

πολὺ ἂν-λαμπροτέραν] Ita persaepe πολύ a comparativo suo vel superlativo dirimitur. Plato Phaedo. p. 110. C. πολὺ ἔτι ἐκ λαμπροτέρων καὶ καθαρωτέρων ἢ τούτων. Sic apud Xenophontem Anab. III, 1, 22. Cyrop. VII, 1, 21. al. Cf. Buttm. §. 138. III, 5. et nos ad II, 2. — De ἂν particula cum infinitivo copulanda adi Buttm. §. 126. 14. et Matth. §. 598, 1.

ἐκκεκαθαρμένοις] *expurgatis ornatisque doctrina, doctis*, interprete Brownio, qui eos recte dicit opponi στρατηγοῖς etc., quos vestes habuisse nitidas et expurgatas apparet ex Xenophontis Hipparch. I, 22. Metaphoram explicat Aristides T. II. p. 530. τὸ γάρ, inquit, τῶν ἐκκεκαθαρμένων ὄνομα τροπὴν ἔχον ἀπὸ

ὥςπερ ὑμῖν ὁ ἀνδρῶν κεκοσμημένος εἴη μᾶλλον ἢ εἰ στρατηγοῖς καὶ ἱππάρχοις καὶ σπουδαρχίαις. καὶ ὁ Σωκράτης εἶπεν, Ἀεὶ σὺ ἐπισκώπτεις ἡμᾶς καταφρονῶν, ὅτι σὺ μὲν Πρωταγόρᾳ τε πολὺ ἀργύριον δέδωκας ἐπὶ σοφίᾳ καὶ

ἱππάρχοις] Sic Arist. Cod. Guelf. et A. suprascripto αι. Vulgata ἱππάρχαις non est Xenophontea forma. σπουδαρχίαις pro σπουδάρχαις reposuit Dindorf.

τῶν κοινοτέρων ἐπὶ τὰ σεμνότερα, ἐπὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὴν ψυχὴν τὴν τῶν ἀνδρῶν, οὐ μόνον καθαρὰν τὴν τροπὴν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ πεφυλαγμένην καὶ συγγραφικήν.

ὥςπερ ὑμῖν] In comparatione post ὥςπερ modo casum praecedenti nomini convenire modo nominativum poni intellecto verbo ex antecedentibus, docet Dorvill. ad Chariton. p. 538. ed. Lips. Cf. Matth. Gr. §. 448.

μᾶλλον] *potius*, *vielmehr*, quod *delectum* significat, saepissime subiicitur comparativo, quasi simplex sententia praecesserit, ut de Vectigg. II, 1. ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ πόλις γ' ἂν ὠφεληθείη, εἰ οἱ πολῖται μετ' ἀλλήλων στρατεύοιντο μᾶλλον ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς, quocum loco tirones praeter nostrum locum conferre iubeo Magist. Equit. IV, 9. τάς γε μὴν ἐξαγωγὰς τοῦ ἱππικοῦ ἧττον ἂν οἱ πολέμιοι αἰσθάνοιντο, εἰ ἀπὸ παραγγέλσεως γίγνοιντο μᾶλλον ἢ ἀπὸ κήρυκος. Herodot. I, 31. ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. Cic. in Pison. 14. — quaevis fuga *potius* quam ulla provincia esset *optatior*. Adde infra IV, 29. Anab. IV, 6, 11. Cyr. I, 6, 25. II, 3, 12. V, 5, 4. Nihil autem cum hoc usu commune habent ii loci in quibus particula comparativa abundet, velut Hom. Il. 24, 203. ῥηΐτεροι μᾶλλον. Eurip. Hippol. v. 485. μᾶλλον ἀλγίων κλύειν. Plaut. Capt. III, 4, 112. *Nihil invenies magis hoc certo certius.* Id. Stich. V, 4, 22. *Hoc magis est dulcius.* Diversa exempla composuit Matth. §. 458. neque satisfaciunt quae praecipit Hermann. ad Vig. p. 719.

ἢ εἰ] Verbum e praegressis repetendum, ut saepe.

5. Πρωταγόρᾳ] Protagoras Abderita insigni sapientiae laude floruit (Plat. Protag. p. 335. A. Menon. p. 91. E.), idemque primus a discipulis suis grandem institutionis mercedem (a singulis discipulis centenas minas) exegisse narratur (Diog. Laërt. IX, 52. ubi vid. Menagium. et Plato Protag. p. 394. A.), unde magnas sibi divitias parasse eum auctor est Plato Menone p. 91. D. Mortuus est Protagoras senex grandi aetate, (v. Plat. Menon. c. 29.) Olymp. 94, 1. Alia quaedam de eo memoriae tradidit Cicero *de Nat. Deor.* I, 23.

ἐπὶ σοφίᾳ] *sub ea conditione ut te sapientiam doceret.* Matth. §. 585. β. cf. Buttm. §. 134, n. 4.

Γοργίᾳ καὶ Προδίκῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς, ἡμᾶς δ' ὁρᾷς

Γοργίᾳ] Gorgias Leontinus, Empedoclis discipulus, nobilis sophista, qui, ut civibus suis Atheniensium conciliaret societatem adversus Syracusanos, Olymp. 88, 2. (v. Diodor. Sic. XII, 53. et Pausan. VI, 17.) Athenas missus, tanta ibi floruit et ingenii et eloquentiae laude, ut Athenienses eos dies quibus artem suam publice ostentaret spectandam ἑορτάς ipsamque orationem λαμπάδας vocarent (Olympiodor. in Comment. ad Plat. Gorg. p. 606. ed. Findeisen.). Princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere qua de re quisque vellet audire, id quod tradit Cic. *de Orat.* III, 32, 129. Cf. *de Finn.* II, 1. *de Orat.* I, 22. Quintil. II, 21. XII, 11. Valer. Max. VIII, 15. Plato Hipp. Mai. p. 282. C. Gorg. init. Menon. p. 70. C. Diod. Sic. I, 53. Pausan. VI, 17. Senem iam Gorgiam (βιῶσαι δὲ ἔτη Γοργίαν πέντε φασὶν ἐπὶ τοῖς ἕκατον. Paus. l. l.) audivit in Thessalia, ubi praecipue commoratus est, Isocrates adolescens (Cic. Orat. c. 52.); sed alios quoque multos nactus est et auditores et imitatores, in quibus maxime sunt insignes Thucydides, Plato atque Aeschines Socraticus. Rhetoricam non modo inventis suis quam maxime excoluit, sed etiam princeps in artis formam redegit. Ceterum ipse quoque Protagorae exemplo usus a singulis discipulis centenas minas exegisse fertur. Vid. Diodor. l. c. et Fossii Comment. de Gorg. Leont.

Προδίκῳ] De nobili hoc sophista ex insula Ceo, quae erat una de Cycladibus, oriundo diximus ad Apomn. II, 1, 21. Ne hic quidem gratis quenquam docebat, in ore semper habens illud Epicharmi: ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει · δός τι καὶ λαβέ τι. Plurimum autem operae in distinguendis explicandisque verborum significationibus posuisse eum constat. Vid. Plat. Charmid. p. 163. D. Protag. p. 337. A. Primum artis suae specimen (ἐπίδειξιν) apud Calliam edidit, id quod testatur Aeschines Socraticus dial. III. §. 6. Discipulum Prodici se ipsum dicit Socrates Plat. Men. c. 37. ubi v. Buttmann.

ἄλλοις πολλοῖς] Infra II, 9. usitatiore ordine est πολλοῖς ἄλλοις. Utriusque collocationis exempla congessit Krueger. ad Dionys. Historiogr. in Ind. v. ἄλλος. Ad rem quod attinet, cogitasse videtur Socrates inprimis de *Hippia Eleo*, qui teste Platone Protag. p. 311. A. apud Calliam deverterat unaque cum Protagora, Prodico, aliis versabatur Athenis, teste eodem Platone l. c. p. 314. B. et de *Eveno* ex insula Paro oriundo, de quo Socrates apud Platonem Apolog. p. 20. A. ἐπεὶ καί, inquit, ἄλλος ἀνήρ ἐστι Πάριος ἐνθάδε σοφός, ὃν ἐγὼ ᾐσθόμην ἐπιδημοῦντα · ἔτυχον γὰρ προσελθὼν ἀνδρὶ ὃς τετέλεκε χρήματα σοφισταῖς πλείω ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι, Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου. Cf. Phaedr. p. 267. A. et Gottleb. Animadverss. ad Plat. Phaedo. p. 12. Ad illustrandam autem ironiam qua hic utitur Socrates facit locus

αὐτουργούς τινας τῆς φιλοσοφίας ὄντας. καὶ ὁ Καλλίας, 6
Καὶ πρόσθεν μέν γε, ἔφη, ἀπεκρυπτόμην ὑμᾶς ἔχων πολλὰ καὶ σοφὰ λέγειν, νῦν δέ, ἐὰν παρ' ἐμοὶ ἦτε, ἐπιδείξω ὑμῖν ἐμαυτὸν πάνυ πολλῆς σπουδῆς ἄξιον ὄντα.
οἱ οὖν ἀμφὶ τὸν Σωκράτην πρῶτον μέν, ὥςπερ εἰκὸς ἦν, 7

Ciceronis Brut. c. 84. Ego, inquit, ironiam illam quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis et Xenophontis et Aeschinis libris utitur, facetam et elegantem puto. Est enim et minime inepti hominis et eiusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem qui eam sibi arrogant; ut apud Platonem Socrates in caelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros, se autem omnium rerum inscium fingit et rudem.

6. καὶ πρόσθεν μέν γε] Copula καί haec annectuntur antecedentibus, particula γέ, ut par est, verba πρόσθεν μέν, quae opponuntur sequentibus νῦν δέ, distinguuntur et augentur. Fuerunt enim qui καί - γέ singulari quodam significatu poni arbitrarentur. Quos egregie refutavit Wunder. Adversariis in Sophocl. Philoct. p. 46 sq., qui docet vim particulae γέ ubique pertinere ad verbum quod subsequatur, non autem ad καί copulam, quae alio verbo a particula separetur, id quod vel ex eo apparere arbitratur quod ea nunquam huic copulae non interposito alio verbo adiungitur. Cf. etiam ad II, 5. et de consociatis particulis μέν γε ad I, 9.

ἀπεκρυπτόμην - ἔχων] Apomn. II, 3, 14. φίλτρα ἐπιστάμενος πάλαι ἀπεκρύπτου. Cf. Matth. §. 552. h.

ἐπιδείξω - ἄξιον ὄντα] Callias perurbanus est: quum enim prior causa invitandi a Socratis eiusque amicorum sapientia ducta refutata esset, hic contra iocose invitat eos, ut suam ipsius cognoscant sapientiam. *Zeunius.*

7. πρῶτον μέν] His respondent in sequentibus ὡς δέ, suppresso ἔπειτα, cuius vocis notio ipsis illis ὡς δέ κ. τ. λ. inest. Sic infra II, 22. post πρῶτον μέν inferuntur ὅτι δέ κ. τ. λ. Cf. IX, 3. Cyrop. I, 2, 13. VI, 4, 18. VIII, 1, 16. et quos locos indicavimus in Indice ad Apomn. pag. 351.

ὥςπερ εἰκὸς ἦν] *ut erat consentaneum* Lucian. dialog. deor. mar. II, 2. ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν τινας, ὥςπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. Plerumque verbum substantivum omittitur. Sic §. 8. οἱ δ' ἄλλοι, ὥςπερ εἰκός, κατεκλίθησαν. Cf. Cyr. II, 1, 1. 2.

ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν οὐχ ὑπισχνοῦντο συνδειπνή-
σειν· ὡς δὲ πάνυ ἀχθόμενος φανερὸς ἦν εἰ μὴ ἕψοιντο,
συνηκολούθησαν. ἔπειτα δὲ αὐτῷ οἱ μὲν γυμνασάμενοι
8 καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Αὐ-
τόλυκος μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο, οἱ δ' ἄλ-

ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν] Quum Graeci nolebant ire ad coenam vel convivium, his fere loquendi modis utebantur: κάλλιστα, ἐπαινῶ et πάνυ καλῶς. Plutarchus citante Casaubono ad Laërtii L. II, 76. αὐτῷ δὲ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. Aristoph. Ran. v. 510. — ἀλλ' εἴσιθι. Ξα. Κάλλιστ', ἐπαινῶ. Et paullo post v. 515. ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί. Ξα. Πάνυ καλῶς. Conf. v. 915. et ibi Scholiastes. Eodem sensu Latini: *Benigne*, *gratia est*, *facio gratiam*. *Lambert. Bos.* de Ellips. p. 785 sq. ed. Schaef. Cf. Casaubon. ad Plaut. Menaechm. II, 3, 36.

οὐχ' ὑπισχνοῦντο] h. e. *recusabant*. Vid. Buttm. §. 135. n. 2. et Matth. §. 608. 1.

ἀχθόμενος] Infra §. 14. est ἀχθεσθεὶς φανερὸς ἐγένετο. Agesil. I, 13. οἱ παρόντες μάλα ἀχθεσθέντες φανεροὶ ἐγένοντο. Vid. Matth. §. 297. et §. 549. 5.

ἔπειτα δέ] Haec non referri ad praegressa πρῶτον μέν, ex iis apparet quae ad illa verba annotavimus. Nec iam de Socrate eiusque comitibus solis agitur, sed de omnibus convivis, qui quum ex itinere adessent, in ipsius convivatoris domo se exercuisse, unxisse atque lavisse videntur, priusquam in coenaculum intrarent (αὐτῷ - παρῆλθον, i. e. εἰς τὸν Καλλίου ἀνδρῶνα παρῆλθον). Cf. Plutarch. Sept. Sap. Conv. c. 3. ἐν τοιούτοις λόγοις γενόμενοι καθ' ὁδὸν ἀφικόμεθα πρὸς τὴν οἰκίαν καὶ λούσασθαι μὲν ὁ Θαλῆς οὐκ ἠθέλησεν· Ἀλήλιμμαι γάρ, εἶπεν. — τῶν δὲ ἄλλων τὸν ἀλειψάμενον ἢ λουσάμενον οἱ θεράποντες εἰςῆγον εἰς τὸν ἀνδρῶνα διὰ τῆς στοᾶς. Morem autem corpus ante coenam lavandi antiquissimis iam temporibus apud Graecos obtinuisse complures docent loci Homerici, velut Odyss. θ'. 449. et δ'. 48., quos locos affert Athenaeus V, 6. his verbis laudans Homerum: Πάντα δ' ὢν ἀκριβὴς Ὅμηρος καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο οὐ παρέλιπε, τὸ δεῖν θεραπεύσαντα τὸ σωμάτιον καὶ λουσάμενον ἰέναι πρὸς τὸ δεῖπνον. — Ἀπρεπὴς γὰρ ἦν, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἥκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ.

8. ἐκαθέζετο] Ignobiliores et iuniores in convivio *sedebant*, ceteris pro more accumbentibus. Cf. Sueton. Claud. 32. et Tacit. Annal. XIII, 16.

*οι, ὥςπερ εἰκός, κατεκλίθησαν. εὐθὺς [μὲν] οὖν ἐν-
νοήσας τις τὰ γιγνόμενα ἡγήσατ' ἂν φύσει βασιλικόν τι
[τὸ] κάλλος εἶναι, ἄλλως τε καὶ ἢν μετ' αἰδοῦς καὶ σω-
φροσύνης καθάπερ Αὐτόλυκος τότε κεκτῆταί τις αὐτό.
πρῶτον μὲν γὰρ ὥςπερ ὅταν φέγγος τι ἐν νυκτὶ φανῇ,* 9
πάντων προςάγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τότε τοῦ Αὐ-

---

§. 8. *εὐθὺς μὲν οὖν*] Recte *μέν* om. a. Deinceps pro *ἐννοήσας τὰ γιγνόμενα* Aristid. II. p. 499. exhibet *ἐννοήσας τις τὰ γενόμενα*. Apud eundem pro *βασ. τι κάλλος* legitur *βασιλικόν τι τὸ κάλλος*, ignorante tamen *τι* pronomen codice Guelf., et statim post *ἄλλως τε ἢν καί*. Sed vid. ad II. §. 8. — *τότε*] non agnoscit Aristides.

ἐννοήσας τις - ἡγήσατ' ἂν] *si quis vidisset - existimasset.* Alium sensum praebet Optativus in simili loco Platonis Symp. p. 188. D. *εἰς δὲ ταῦτά τις αὖ βλέψας ἡγήσαιτ' ἂν κ. τ. λ.* V. Buttm. §. 126. 9. Matth. §. 508. Ceterum licet in participio lateat indefiniti subiecti, quod vocant, significatio, tamen hoc quidem loco perperam *τίς* in libris Xenophontiis omittitur. Nam quum participium adiunctum sibi habeat adverbium temporale (*εὐθύς*), temporis significatio in eo ita praevalet ut indefiniti subiecti vis prorsus obscuretur et evanescat. Recte vero pronomen omittitur in sententiis generalibus, velut Lys. c. Andocid. §. 14. *ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν ἀποθνήσκει, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται.* Soph. Aiac. v. 154. *τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς οὐκ ἂν ἁμάρτοι· κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι.* Cf. infra IV, 9. *εἰς μὲν γὰρ μάχην ὁρμωμένῳ καλῶς ἔχει κρόμυον ὑποτρώγειν.* Stephani coniectura *ὁ ἐννοήσας* propter hoc ipsum ferri nequit quod, ut modo diximus, *εὐθύς* arcte cohaeret cum participio. Cf. Plat. de Rep. I, 2. p. 328. C. *ἐκαθεζόμεθα οὖν παρ' αὐτόν. — εὐθὺς οὖν με ἰδὼν ὁ Κέφαλος ἠσπάζετο*, h. e. *statim ut me conspexit.* Cf. Matth. §. 557. 3.

κάλλος] Etsi articulus facile potuerit ob antecedens voc. excidere, eo tamen non opus est, quoniam *κάλλος generalim* est dictum, ut Cyrop. V, 1, 9. *οἴει γὰρ — ἱκανὸν εἶναι κάλλος ἀνθρώπου ἀναγκάζειν τὸν μὴ βουλόμενον πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον;* Aliter res habet §. 9. Cf. etiam §. 11. et 15.

9. *ὥςπερ - προςάγεται*] sc. *τὸ φέγγος*. Est enim subiectum, quod vocant, ex enuntiato eliciendum secundario: *ὅταν φέγγος - φανῇ*. Similis foret structura Apomn. II, 5, 5. *ὥςπερ*

τολύκου τὸ κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις πρὸς αὐτόν· ἔπειτα τῶν ὁρώντων οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχὴν ὑπ᾽ ἐκείνου. οἱ μέν γε σιωπηρότεροι ἐγίγνοντο, οἱ δὲ καὶ
10 ἐσχηματίζοντό πως. πάντες μὲν οὖν οἱ ἐκ θεῶν του

---

§. 10. *πάντες - οἱ*] Articulum om. AB.

ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν ἔχῃ, πωλεῖ καὶ ἀποδίδοται, nisi haec scriptura esset commentum recentiorum Editorum, libris fere omnibus conspirantibus in ὥσπερ ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῇ καὶ ἀποδίδωται. Cf. ibid. II, 9, 7.

ἔπειτα] Ne desideres δέ, vid. ad Apomn. I, 2, 1, et III, 6, 2.

οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι] Nicolaus Damascenus ed. Orell. p. 22. οὐδεὶς τε ἂν ἰδὼν αὐτὸν λειτουργοῦντα ἐν συμποσίῳ Ναναρῳ οὐχὶ γυναῖκα ὑπέλαβε. Quem locum una cum nostro Hermannus admovit Sophocl. Antig. v. 4., quo scilicet demonstraret „duas negationes sese non tollere apud Graecos, ubi aut repetatur negatio, quasi ante non posita, aut novum quid sententiae negativae adiiciatur, quod quia pars eius sit, iterari negationem patiatur, ut ipsum quoque negari clarius appareat. Itaque οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ᾽ εἰπεῖν ἔπος, unius negationis repetitionem esse. Sed οὐδὲν οὔ duas habere se invicem tollentes negationes et esse *nihil non.*" Hactenus Hermannus. Equidem, ut dicam quod sentio, magnopere vereor ne post οὐδεὶς exciderit ὅς vel ὅστις. Nihil enim vel certe parum efficit unius Nicolai locus contra constantem bonorum scriptorum usum, quem qui non cognitum habent consulant Matth. Gr. ampl. §. 306. p. 607 sq. cl. §. 483. p. 906. Buttm. §. 135. 6. n. 8. Viger. p. 26. et 709. Qui apud Herodot. V, 56. in oraculo legitur versus οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει, opponi non potest, quia alibi idem Herodotus nusquam aliter loquitur atque οὐδεὶς ὅστις οὔ, v. c. III, 72. m. V, 97. m. — De dictione πάσχειν τι, qua h. l. *amoris affectus* declaratur, cf. IV, 11. VIII, 15.

οἱ μέν γε] γέ, *certe*, ad praecedentia confirmationis causa refertur, particulae μέν autem respondet sequens δέ. Vid. Hermann. ad Vig. p. 827. Easdem particulas consociatas habes II, 19. IV, 32. VI, 7. Hier. I, 11. VIII, 9. Cyr. II, 1, 16. 2, 14. IV, 3, 18. 5, 29. al.

ἐσχηματίζοντο] *gebehrdeten sich*, i. e. externo corporis habitu amoris affectum manifestabant. Vis verecundi amoris significatur §. 10.: οἱ δ᾽ ὑπὸ τοῦ σώφρονος ἔρωτος ἔνθεοι τά τε ὄμματα φιλοφρονεστέρως ἔχουσι κ. τ. λ.

[κ]ατεχόμενοι ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι· ἀλλ' οἱ μὲν ἐξ [ἄ]λλων πρὸς τὸ γοργότεροί τε ὁρᾶσθαι καὶ φοβερώτερον [φ]θέγγεσθαι καὶ σφοδρότεροι εἶναι φέρονται, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ σώφρονος ἔρωτος ἔνθεοι τά τε ὄμματα φιλοφρονε-στέρως ἔχουσι καὶ τὴν φωνὴν πρᾳοτέραν ποιοῦνται καὶ

γοργότεροι] Hanc Stephani coniecturam pro γοργότερον confirmavit MS. apud Hesychium, γοργότεροί θ' ὁρᾶσθαι καὶ φοβερώτεροι φθ. exhibens. Cf. Bekker. Anecd. Gr. I. p. 86. Etiam Aristidis Cod. Guelf. hanc scripturam tuetur. Dein AB. σφοδρότερον εἶναι. — φιλοφρονεστέρως] Non male i b a h. φιλοφρονέστερον.

---

10. κατεχόμενοι] seu κάτοχοι ἐκ θεῶν τού dicuntur, item ἔνθεοι, θεόληπτοι, τετελεσμένοι τῷ θεῷ, qui quasi alicuius dei numine adflati aliquo adfectu incitantur. Sic hic ἔνθεοι ὑπὸ τοῦ ἔρωτος. *Bach.* Cf. Plat. Ion. p. 533. E. πάντες γὰρ οἵ τε τῶν ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ οὐκ ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἔνθεοι ὄντες καὶ κατεχόμενοι πάντα τὰ καλὰ λέγουσι. Phaedr. p. 244. E. τῷ ὀρθῶς μανέντι τε καὶ κατασχομένῳ. Aelian. V. H. XII, 64. Ἀρίστανδρος – θεόληπτος γενόμενος ἢ ἔκ τινος ἄλλης συντυχίας κατασχεθείς. ibid. III, 9. δέδοικε δὲ τὸν ἕτερον ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα κ. τ. λ. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἑτέρου τῶν θεῶν κατειλημμένοι κ. τ. λ. Adde quae paullo inferius ad voc. ἔνθεοι annotabuntur.

γοργότεροι – ὁρᾶσθαι] Vulgatum γοργότερον dubito an ferri nequeat, quia ὁρᾶσθαι active non usurpatur nisi apud poetas, ut Sophocl Antig. 589. Trach. 305. Itaque frustra Bachius comparavit Aelian. V. H. II, 44. γοργὸν μὲν αὐτῷ βλέπουσιν οἱ ὀφθαλμοί et XII, 21. αἵδε γαυρούμεναι καὶ σεμνὸν ἄρα καὶ βλοσυρὸν ὁρῶσαι τοὺς παῖδας εἰς τὰς πατρῴας ἱερὸν ταφάς. Non magis quidquam efficit Finckhius comparato Homero Iliad. VIII, 349. γοργοῦς ὄμματ' ἔχων. Quod idem dicit scripturam γοργότεροί τε ὁρᾶσθαι non convenire cum oppositis verbis τὰ ὄμματα φιλοφρονεστέρως ἔχουσι, in eo falli mihi videtur. Non enim video, cur iis *qui truculenti sunt adspectu s. truculentos* habent *oculos* minus recte ii opponantur *qui vultu amorem et benevolentiam prae se ferunt.*

ἔνθεοι] *divino spiritu concitati.* Plato Sympos. p. 179. A. οὐδεὶς οὕτω κακὸς ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν. Ibid. p. 180. B. θειότερον γὰρ ἐραστὴς παιδικῶν· ἔνθεος γάρ ἐστι. p. 181. C. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου τοῦ ἔρωτος ἔπιπνοι.

τὰ σχήματα εἰς τὸ ἐλευθεριώτερον ἄγουσιν. ἃ δὴ καὶ Καλλίας τότε διὰ τὸν ἔρωτα πράττων ἀξιοθέατος ἦν
11 τοῖς τετελεσμένοις τούτῳ τῷ θεῷ. ἐκεῖνοι μὲν οὖν σιωπῇ ἐδείπνουν, ὥςπερ τοῦτο ἐπιτεταγμένον αὐτοῖς ὑπὸ κρείττονός τινος. Φίλιππος δ' ὁ γελωτοποιὸς κρούσας

ἐλευθεριώτερον] Vulgo ἐλευθεριώτατον. A. ἐλευθερότερον. B. ἐλευθεριότατον. i a c h b. ἐλευθερώτατον.

τοῖς τετελεσμένοις τούτῳ τῷ θεῷ] *iis qui initiati essent huius dei sacris*, h. e. *qui amore tenerentur*. Achilles Tat. I, 7. init. ἦν δέ μοι Κλεινίας ἀνεψιὸς ἔρωτι τετελεσμένος. Ibid. I, 9 extr. σὺ γὰρ ἀρχαιότερος μύστης ἐμοῦ καὶ συνηθέστερος ἤδη τῇ τελετῇ τοῦ θεοῦ. Apud Xenoph. Oecon. XXI, 12. habetur τοῖς σωφροσύνῃ τετελεσμένοις.

11. ἐκεῖνοι] De *omnibus* convivis intelligendum.

ὥςπερ τοῦτο ἐπιτεταγμένον] Non solum ὡς, sed etiam ὥςπερ saepissime cum absolutis, quos vocant, casibus ponitur. Oec. II, 7. ὁρῶ σε παιδικοῖς πράγμασι προςέχοντα τὸν νοῦν, ὥςπερ ἔξον σοι. Hellenic. II, 3, 19. τριςχιλίους, ὥςπερ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἔχοντά τινα ἀνάγκην. Cf. ad Apomn. II, 3, 3. 6, 36. — ὑπὸ κρείττονός τινος, *a superiore quodam*, *von einem Höhern*. Finckhius, qui interpretatur *von einer höhern Macht*, cum Sturzio Lex. Xenoph. II. p. 787. de *Deo* videtur intellexisse, quod neque contextui neque usui Xenophontio convenit. Quanquam non nego τοὺς κρείττονας hic illic esse *deos*, ut apud Lucian. Charidemo c. 12. πῶς οἱ κρείττονες ἔχουσι περὶ τοῦτο, ubi paullo post οὕτω δὲ περισπούδαστον τοῖς θεοῖς. Suidas: κρείττονος· τοῦ θείου. Hesych.: κρείττονας· τοὺς ἥρωας — καὶ οἱ θεοί. Cf. Lamb. Bos. ad Lucian. Conv. c. 7. T. III. p. 423.

Φίλιππος ὁ γελ.] Plutarch. Symposiac. lib. II. init.: Τῶν εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰ συμπόσια παρασκευαζομένων τὰ μὲν ἀναγκαίαν ἔχει τάξιν, ὥςπερ οἶνος καὶ σιτία καὶ ὄψα καὶ στρωμναὶ δηλαδὴ καὶ τράπεζαι· τὰ δ' ἐπειςόδια γέγονεν ἡδονῆς ἕνεκεν, χρείας μὴ συναγομένης, ὥςπερ ἀκροάματα καὶ θεάματα καὶ γελωτοποιός τις ἐκ Καλλίου Φίλιππος· οἷς παροῦσι μὲν ἥδονται, μὴ παρόντα δ' οὐ πάνυ ποθοῦσιν οὐδ' αἰτιῶνται τὴν συνουσίαν ὡς ἐνδεέστερον ἔχουσαν.

κρούσας τὴν θύραν] i. q. κόψας τ. θ. Quum Atheniensium, certe honoratiorum, aedes ita essent constitutae ut fores non introrsum ducendo, sed in viam publicam reiiciendo aperirentur, qui exituri erant e domo, ne qui intraturi adstarent laederentur, digito fores percutiebant, quod est ψοφεῖν, *crepare*;

τὴν θύραν εἶπε τῷ ὑπακούσαντι εἰςαγγεῖλαι ὅςτις τε εἴη καὶ διότι κατάγεσθαι βούλοιτο· συνεσκευασμένος τε παρεῖναι ἔφη πάντα τὰ ἐπιτήδεια ὥςτε δειπνεῖν τἀλλότρια,

---

§. 11. συνεσκευασμένος τε] Athenae. p. 614. C. συν. δέ, quo admisso aliquanto languidior fit oratio. Cf. Hermann. ad Soph. Antig. v. 1095.

---

qui vero introituri erant, ut ab ianitore intromitterentur, fores pulsabant, quod non solum κόπτειν τὴν θύραν, sed etiam κρούειν τ. θ. dicitur. V. Lobeck. ad Phrynich. p. 177. Muret. Var. Lectt. I, 17. Bremi ad Lys. de caede Eratosth. §. 17. Bachmann. Anecd. Gr. Vol. II. p. 375.

ὑπακούσαντι] proprium est verbum de eo qui ad ianuam sedet atque observat, si qui sint qui intromitti cupiant, ut domino adnunciet, quod dicitur proprie εἰςαγγέλλειν. *Bach.* Apud Platonem Crito. p. 43. A. ita hoc verbum usurpatum est ut etiam significet *fores aperire* et *venientes intromittere.*

συνεσκευασμένος - τὰ ἐπιτήδεια] „proprie dicitur *qui instructus est rebus ad vitam necessariis*, sed h. l. est *in quo omnia adsunt ut alienam mensam sectetur*, v. c. inopia, fames, ingenium facetum etc." *Zeunius.* Apud Athenae. IV, 13. p. 134. E. parasitus Chaerephon dicitur νήστης, ἀλλοτρίων εὖ εἰδὼς δειπνοσυνάων. Risum captare scurram *dictis repugnantibus* nemo est quin intelligat; neque quisquam negabit, quamvis insulsum sit hoc scurrilitatis genus, parasito tamen neutiquam esse indignum. Quod autem in sequentibus Philippus dicit τὸν παῖδα h. e. τὸν ἀκόλουθον, *pedissequum, qui onustus herum sequitur* (v. ad Apomn. III, 13, 4.), πάνυ πιέζεσθαι, id fecisse putandus est, ut recte observat Casaubon. ad Athenaeum p. 888., poetarum imitatione comicorum, qui quum ea aetate in omnibus fere fabulis servum aliquem sub iniquo sarcinarum pondere gementem atque identidem πιέζομαι sive θλίβομαι clamantem introducerent, ridentur ab Aristophane in Ranarum principio. Neque vero πιέζεσθαι h. l. *de sola oneris gravitate* accipi potest: opposita enim duo sunt, alterum διὰ τὸ φέρειν μηδέν, alterum διὰ τὸ ἀνάριστον εἶναι, quod posterius spectat *molestias famis, qua puer vexatur et deficit.* Bremio verba καὶ διὰ τὸ ἀνάριστον εἶναι ex interpretatione antecedentium διὰ τὸ φέρειν μηδέν sc. ἐν γαστρί invecta censenti recte adversatur Bornemannus; sed nec ipse quidquam proficit quum unumquemque sponte perspicere dicit quid inter se differant *impransum venire ad coenam* et *incoenatum.* Qui vero παῖδα ad Philippi ventrem latrantem referunt, prorsus ridicule mihi facere videntur.

ἐκαλεῖτο ἑκάστοτε ἐπὶ τὰ δεῖπνα, ὡς δ' οὐκ ἐκίνησε γέλωτα, τότε μὲν ἀχθεσθεὶς φανερὸς ἐγένετο. αὖθις δ' ὀλίγον ὕστερον ἄλλο τι γελοῖον ἐβούλετο λέγειν. ὡς δὲ οὐδὲ τότε ἐγέλασαν ἐπ' αὐτῷ, ἐν τῷ μεταξὺ παυσάμενος τοῦ δείπνου συγκαλυψάμενος κατέκειτο. καὶ ὁ Καλ-

---

20—23. et VI, 8—10. ibique annotata. De alio genere est parasitorum Gnatho apud Terent. Eunuch., qui II, 2, 18: *hisce*, inquit, *ego non paro me ut rideant*, *sed eis ultro adrideo*.

ὀλίγον ὕστερον] Anab. VII, 2, 20. ὀλίγον ὕστερον παρῆσαν πελτασταί, ubi unus codex ὀλίγῳ habet. Plato Sympos. p. 175. E. ὀλίγον ὕστερον διαδικασόμεθα. Crito. p. 44. A. ὀλίγον πρότερον ταύτης τῆς νυκτός. Cf. Phaedo. p. 89. D. p. 90. B. V. Matth. § 455. n. 5. p. 427.

ἐβούλετο] Paullo ante erat ἐπεχείρει. Cf. Buttm. lexilog. I, 11. p. 26 sq.

ἐν τῷ μεταξύ] Quum Zeunius χρόνῳ intelligi iubeat, non supervacaneum fuerit tirones monuisse in huiusmodi locutionibus articulum neutrius esse generis. Ad sensum nihil, opinor, differret si scripsisset Xenophon μεταξὺ λέγων, h. e. *inter dicendum*, *mitten in der Rede*. Similitudinis aliquid habet locus Anab. III, 1, 27. ὁ μέντοι Ξενοφῶν μεταξὺ ὑπολαβὼν ἔλεξεν ὧδε, ubi non minus recte ἐν τῷ μεταξύ h. e. ἔτι λέγοντος αὐτοῦ dici poterat. Hoc autem vult Xenophon, Philippum *subito* abrupisse coenam et velato capite recubuisse. Sed in omnes alias partes abierunt interpretes. Ac Zeunius quidem interpretatur: *interim dum caeteri coenabant*. Langius: (ipse Philippus) *edendo occupatus caput velavit*. Schneidero quoque dictum videtur pro μεταξὺ δειπνῶν ἐπαύσατο. Bornemannus satis habet lectorem ablegasse ad Buttm. Gr. §. 137. p. 585. et Matth. §. 557. 3., unde quid subsidii petamus ad intelligendum Xenophontis locum, nemo facile dixerit. Denique Finckhius omnem difficultatem tolli arbitratur commate post μεταξύ retracto, quo facto sic locum convertit: „Wie aber auch da kein Lachen erfolgte in der Zwischenzeit."

παυσάμενος - συγκαλυψάμενος] i. e. παυσάμενος συνεκαλύψατο καὶ οὕτω κατέκειτο. Sic Cyr. VIII, 7, 28. ταῦτ' εἰπὼν καὶ πάντας δεξιωσάμενος συνεκαλύψατο καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν. Egregie falli qui eiusmodi locis de asyndeto participiorum cogitent, ne tirones quidem latebit, quanquam aliorum exemplo ipse quoque brevitatis causa ἀσυνδέτου nomine in hac re abusus sum ad Apomn. I, 1, 18. Ceterum non solum morituri, sed etiam lugentes caput obvolvere solebant. Cf. Cyrop. V, 1, 3.

λίας, Τί τοῦτ', ἔφη, ὦ Φίλιππε; ἀλλ' ἦ ὀδύνη σε εἴληφε; καὶ ὃς ἀναστενάξας εἶπε, Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ Καλλία, μεγάλη γε· ἐπεὶ γὰρ γέλως ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλωλεν, ἔῤῥει τὰ ἐμὰ πράγματα. πρόσθεν μὲν γὰρ τούτου ἕνεκα ἐκαλούμην ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἵνα εὐφραίνοιντο οἱ συνόντες δι' ἐμὲ γελῶντες, νῦν δὲ τίνος ἕνεκα καὶ καλεῖ μέ τις; οὔτε γὰρ ἔγωγε σπουδάσαι ἂν δυναίμην μᾶλλον ἤπερ ἀθάνατος γενέσθαι οὔτε μὴν ὡς ἀντικλη-

---

§. 15. ἀλλ' ἦ] Antiquum ἀλλ' ἢ a Stephano iam correctum reduxit Dindorf.

---

15. ἀλλ' ἦ] *num vero, numquid.* Contra ἀλλ' ἢ significat *nisi, praeterquam.* V. Hermann. ad Viger. p. 812. et Matth. §. 613. extr.

καὶ ὅς] Cf. II, 3. 16. III, 5, 10. al. Buttm. §. 113. 5. Matth. §. 484. De sequente ἔφη post εἶπε abundanter illato v. ad Apomn. I, 6, 4. et de particula γέ iurandi formulis subiecta ibid. I, 2, 37. III, 11, 5. cll. infra II, 16. IV, 54 al.

ἔῤῥει τὰ ἐμὰ πρ.] Cyr. VI, 1, 3. ἂν ὑμεῖς ἀπέλθητε, ἔῤῥει τἀμὰ παντελῶς.

καὶ καλεῖ] καί post pronomina et adverbia interrogativa ita infertur ut intendat vim interrogationis. Eurip. Hec. v. 515. πῶς καί νιν ἐξεπράξατο. Plato Phaedo. p. 61. E. τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ ἄλλο; Eutyphr. c. 6. B. τί γὰρ καὶ φήσομεν; Vid. Porson. ad Eur. Phoeniss. v. 1373. Buttm. Gr. §. 136. Matth. §. 620. 2. — Verbum καλεῖ Attica futuri forma est elatum, de qua vid. Buttm. §. 86. n. 11. Gr. ampliss. I. p. 403. Matth. §. 178. n. 3. Exemplis ibi allatis adde Euripid. Ion. v. 1155. ed. H.

οὔτε - μᾶλλον] οὐ μᾶλλον est *non magis, eben so wenig,* quod iccirco moneo, ne quis μᾶλλον cum σπουδάσαι iungere in animum inducat. Ad illud μήν post alterum οὔτε illatum cf. Anab. II, 4, 20. VII, 6, 22. Cyrop. V, 4, 11. De Re equestri IX, 11. Apud Platonem Sympos. p. 177. E. habetur οὔτε — οὔτε — οὐδὲ μήν.

ὡς ἀντικληθησόμενος] Sic §. 16. ὡς αὖθις γελασόμενοι. Vid. Matth. §. 568. et qui accuratius in hanc rem inquisivit *Wentzel. De Genitivis et Dativis Linguae Gr. absolutis* p. 37.

θησόμενος καλεῖ μέ τις, ἐπεὶ πάντες ἴσασιν ὅτι ἀρχὴν οὐδὲ νομίζεται εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν δεῖπνον εἰςφέρεσθαι. καὶ ἅμα λέγων ταῦτα ἀπεμύττετό τε καὶ τῇ φωνῇ σα-
16 φῶς κλαίειν ἐφαίνετο. πάντες μὲν οὖν παρεμυθοῦντό τε αὐτὸν ὡς αὖθις γελασόμενοι καὶ δειπνεῖν ἐκέλευον, Κριτόβουλος δὲ καὶ ἐξεκάγχασεν ἐπὶ τῷ οἰκτισμῷ αὐτοῦ. ὁ δ' ὡς ᾔσθετο τοῦ γέλωτος, ἀνεκαλύψατό τε καὶ τῇ ψυχῇ παρακελευσάμενος θαῤῥεῖν, ὅτι ἔσονται συμβολαί, πάλιν ἐδείπνει.

De sententia cf. *Plutarch. de vitios. pud.* c. 4. κληθήσῃ γὰρ καλέσας καὶ δειπνήσεις, ἂν δειπνίσῃς.

ἀρχὴν οὐδὲ νομίζεται] *omnino ne moris quidem est.* ἀρχὴν s. τὴν ἀρχὴν ubi significat *omnino*, additam habet negationem: qui enim obstare videntur loci apud Herodotum I, 9. a. et VIII, 132. alio modo explicandi sunt. V. Herm. ad Soph. Antig. v. 92. Reiz. ad Vig. p. 728. Lennep. ad Phalarid. Epp. p. 347. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 347. cll. Oecon. II, 11. VIII, 2. Anab. VII, 7, 28. Cyrop. I, 2, 3. 6, 10. Plato Apol. p. 29. C. Gorg. p. 478. C. Aeschin. in Ctesiph. p. 70. Lucian. Catapl. c. 21. Sophocl. Philoct. 1223.

κλαίειν] Exspectes apud Atticum scriptorem κλάειν. Sed vid. Poppo ad Anab. III, 5, 3. et Hermann. praef. ad Sophocl. Aiac. p. XIX sq. De infinitivo cf. II, 20. et Matth. §. 549. 5.

16. αὖθις] *posthac.* Plato Sympos. p. 194. E. Σωκράτει γὰρ καὶ αὖθις ἔσται πολλάκις διαλέγεσθαι. Apol. p. 24. A. καὶ ἐάν τε νῦν ἐάν τε αὖθις ζητήσετε ταῦτα, οὕτως εὑρήσετε. Cf. ad II, 7. Alibi est *rursus*, ut supra §. 14. et infra IX, 4.

ᾔσθετο τοῦ γέλωτος] De genitivo vid. Matth. §. 349. n. 1.

τῇ ψυχῇ παρακ.] Ridicule, ut magnum aliquod opus aggressurus, ut Cyrus apud nostrum I, 4, 13. διακελευσάμενος ἑαυτῷ τολμᾶν εἰςῆλθεν. *Schneider.* Cf. Hom. Odyss. XX, 17. XXI, 198. al.

ἔσονται συμβολαί] *symbolae in coenam vel compotationem communi sumptu apparandam collatae.* Vid. Ruhnken. et Perlet. ad Terent. Andr. I, 1, 61. Hinc δειπνεῖν ἀπὸ συμβολῶν, *communi sumptu coenare.* Latiore autem sensu συμβολαί usurpari potuit de ipsa *coena collatitia* et satis lepide Philippus eo vocabulo utitur pro δεῖπνα (cf. §. 15), quum ipse ut scurra

II. Ὡς δ' ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι καὶ ἐσπείσαντο

---

et parasitus nullo impendio suo conviviorum esset particeps, cuius generis homines Graecis *ἀσύμβολοι* appellabantur. Nec tamen scurra prorsus *ἀσύμβολος* dici potest, utpote *παρεχόμενος συμβολὰς τὸν γέλωτα* (Pollux VI, 28). Schneidero *συμβολαί* videntur pugnae, proelia esse, ad quae animum verbis confirmet fortiter gerenda. Ridicule simul ambiguo verbo vel *συμβολὰς λόγων* vel *συμβολάς* ad coenam collatas putat significari. Cui explicationi non favent antecedentia, quanquam fatendum est, in eiusmodi lusibus et ambiguitate verborum, quibus *plura* simul significantur, difficile esse dictu, quid potissimum scriptor voluerit intelligi.

Cap. II.

1. *ὡς δ' ἀφ. αἱ τρ.*] Plutarch. sept. sapient. conv. c. 5. *ἐπεὶ δὲ ἐπήρθησαν αἱ τράπεζαι καὶ στεφάνων παρὰ τῆς Μελίσσης διαδοθέντων, ἡμεῖς μὲν ἐσπείσαμεν, ἡ δὲ αὐλητρὶς ἐπιφθεγξαμένη μικρὰ ταῖς σπονδαῖς κ. τ. λ.* ubi Wyttenbachius: „Mos erat, inquit, convivalis ut cibo satiatis convivis mensae auferrentur, coronae distribuerentur, diis libatio fieret ad tibiae cantum, tum crater in medio poneretur ex quo deinceps famuli pocula ministrarent." Virgil. Aen. I, 723. Postquam prima quies epulis mensaeque remotae, Crateras magnos statuunt et vina coronant. Plato Sympos. c. 4. *κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον.* quem locum simul cum nostro respexit Athenae. V, 7. *ἅπερ καὶ Πλάτων φυλάσσει κατὰ τὸ συμπόσιον· μετὰ γὰρ τὸ δειπνῆσαι σπονδάς τέ φησι ποιῆσαι καὶ τὸν θεὸν παιωνίσαντες τοῖς νομιζομένοις γέρασι. παραπλησίως δὲ καὶ Ξενοφῶν.* Cf. Xenoph. Hellenic. VII, 2, 23. Anab. V, 9, 5. Homer. Il. IX, v. 175. et 219. Blomfield. ad Aeschyl. Sept. c. Theb. p. 163. Libationem in conviviis Homeri aetate Mercurio, sequenti tempore Iovi factam esse tradit Athenae. I, 28. *ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ καὶ οὐχ ὡς ὕστερον Διὶ τελείῳ. δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνου προστάτης εἶναι.* ad quem locum vid. Interpp. Accuratius de eadem re agit Scholiasta Ruhnkenii p. 43. *ἐκιρνῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς* (sc. *ταῖς συνουσίαις*) *κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Σωτῆρος.* Adde Anecdota Siebenkeesii p. 36. *τέλειος δὲ καὶ ὁ Ζεύς, ὥστε κατὰ λόγον τρίτον τῷ Διὶ σπένδεταί τε καὶ ὁ κρατὴρ τρίτος τίθεται.*

καὶ ἐπαιάνισαν, ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος ἄνθρωπος, ἔχων τέ αὐλητρίδα ἀγαθὴν καὶ ὀρχη-

---

§. 1. Συρακόσιος ἄνθρ.] ABE. Συρακόσιός τις ἄνθρ., quod excudi iussit Dindorf. praegresso τις expulso. Dein Aristid. II. p. 507. κιθαρίζοντά τε κ. ὀρχ.

ἐπὶ κῶμον] *comissatum.* Est enim κῶμος h. l. *comissatio* h. e. *compotatio s. convivium post coenam continuatum.* De variis quibus κῶμος usurpatur significationibus aeque docte ac copiose disseruit Welcker. in Obss. ad Philostrat. Imagg. ed. Iacobs. p. 202 sqq.

' Συρακόσιος] Ludiones illi qui a Laconibus δεικηλισταί, ab aliis alio nomine dicebantur — cf. Athenaeus lib. XIV. p. 621. f. — a Syracusiis ὀρχησταί denominati esse videntur. Quorum nonnulli artem suam non tantum opportunitate aliqua oblata exhibebant, verum continenter profitebantur. Itaque non deerant, qui ex urbe in urbem migrarent, ut nunc deorum pompas ludicris suis exornarent, nunc argento conducti in conviviis epulantes delectarent. Qui ab istis edebantur ludi, ad duo genera revocari possunt. Aut enim eae erant verae saltationes eaeque saepenumero artificiosae perquam et periculosae aliave in corporis actione posita artificia, quae simul omnia θαύματα ab istis, quique ea edebant θαυμασιουργεῖν dicebantur: aut mimica rerum vel ex hominum vita vel e mythologia desumtarum repraesentatio, quae ad pantomimos non parum accedebat et θεάματος nomine signabatur." *Grysar* de Doriens. comoedia Vol. I. p. 59—60. Cf. §. 8. §. 11. IX, 2 sqq.

ἔχων τε αὐλητρίδα] Vulgaris exigebat usus ἔχων αὐλητρίδα τε. Sed nullam offensionem particulae collocatio habebit, si post καί rursus intellexeris ἔχων. Cf. Plato Legg. VII. p. 796. D. εἴς τε πολιτείαν καὶ ἰδίους οἴκους. Phaedo. p. 89. D. παντάπασί τε ἀληθῆ εἶναι καὶ ὑγιᾶ καὶ πιστὸν τὸν ἄνθρωπον. p. 94. D. τά τε κατὰ τὴν γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν. Ad rem quod attinet cf. Plato Protagor. p. 347. C. καὶ γάρ δοκεῖ μοι τὸ περὶ ποιήσεως διαλέγεσθαι ὁμοιότατον εἶναι τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν φαύλων καὶ ἀγοραίων ἀνθρώπων. καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀλλήλοις δι' ἑαυτῶν συνεῖναι ἐν τῷ πότῳ μηδὲ διὰ τῆς ἑαυτῶν φωνῆς καὶ τῶν λόγων τῶν ἑαυτῶν ὑπὸ ἀπαιδευσίας τιμίας ποιοῦσι τὰς αὐλητρίδας, πολλοῦ μισθούμενοι ἀλλοτρίαν φωνὴν τὴν τῶν αὐλῶν, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων φωνῆς ἀλλήλοις σύνεισιν. ὅπου δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ συμπόται καὶ πεπαιδευμένοι εἰσίν, οὐκ ἂν ἴδοις οὔτ' αὐλητρίδας οὔτε ὀρχηστρίδας οὔτε ψαλτρίας, ἀλλ' αὐτοὺς αὑτοῖς ἱκανοὺς ὄντας συνεῖναι ἄνευ τῶν λήρων τε καὶ παιδιῶν τούτων διὰ τῆς αὑτῶν φωνῆς, λέγοντας τε καὶ ἀκούοντ-

στρίδα τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν καὶ παῖδα πάνυ γε ὡραῖον καὶ πάνυ καλῶς κιθαρίζοντα καὶ ὀρχούμενον. ταῦτα δὲ καὶ ἐπιδεικνὺς ὡς ἐν θαύματι ἀργύριον ἐλάμβανεν. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἡ αὐλητρὶς μὲν ηὔλησεν, ὁ 2

---

§. 2. ἡ αὐλητρὶς μέν] Aristid. ἡ μὲν αὐλ., adnotante etiam E. Cf. II, 17.

τας ἐν μέρει ἑαυτῶν κοσμίως, κἂν πάνυ πολὺν οἶνον πίωσιν. Sympos. c. 5. p. 176. E. ἐπειδὴ τοίνυν – τοῦτο μὲν δέδοκται, πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι, τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦμαι τὴν μὲν ἄρτι εἰσελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν, αὐλοῦσαν ἑαυτῇ ἢ ἐὰν βούληται ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον, ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι τὸ τήμερον. Ad posteriorem hunc locum Stallbaum. annotavit haecce: „Putarunt autem viri docti dimitti tibicinam, ut notaretur Xenophon, qui tibicinae et aliis ludis in suo convivio locum dedisset. Quam quidem opinionem merito nuper exploserunt *Boeckhius in disput. de simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur* p. 8 sq. et *Astius de Vita et Scriptis Platon.* p. 317. Nimirum Xenophontis Symposium ad vitae quotidianae consuetudinem conformatum est, ut convivarum mores et ingenia ad ipsam veritatem, quantum quidem licebat, depingantur. Apud Platonem autem de rebus ad philosophiam pertinentibus disputatur, ita ut tibicinarum cantus, vulgarium magis hominum quam eruditorum ac sapientium virorum convivio aptus, merito spernatur." Cf. etiam Plutarch. Symposiac. lib. VII. quaest. 7. Quod autem Graeci tibicinas, psaltrias, tympanistrias, crotalistrias, saltatrices, meretrices ad convivia adhibere soliti sunt, id nemini mirum videbitur qui sciat matronis et virginibus maritos ac patres ad illa comitari non licuisse. V. Isaeus ed. Bekker T. III. p. 30, 14 (ed. Steph. p. 39, 23). καίτοι οὐ δή πού γε ἐπὶ γαμετὰς γυναῖκας οὐδεὶς ἂν κωμάζειν τολμήσειεν· οὐδὲ αἱ γαμεταὶ γυναῖκες ἔρχονται μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὰ δεῖπνα, οὐδὲ συνδειπνεῖν ἀξιοῦσι μετὰ τῶν ἀλλοτρίων, καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ἐπιτυχόντων. Cf. Cornel. Nep. praef.

τῶν τὰ θαύμ. δυν. π.] Similis genitivus est VII, 2. τροχὸς τῶν κεραμεικῶν. V. Matth. §. 322. nn. 2. 3. θαύματα, quae Latini *miracula* dicunt, non modo de praestigiis circulatorum imagunculas nervis moventium usurpari, sed etiam ad *alias* praestigias transferri, docet Ruhnk. ad Timaei gloss. p. 140.

ὡς ἐν θαύματι] „*als etwas Ausserordentliches.*" Finckh. Intelligi potest ὄντα: *quasi in miraculo posita essent.* Quan-

δὲ παῖς ἐκιθάρισε, καὶ ἐδόκουν μάλα ἀμφότεροι ἱκανῶς εὐφραίνειν, εἶπεν ὁ Σωκράτης, Νὴ Δί', ὦ Καλλία, τελέως ἡμᾶς ἑστιᾷς. οὐ γὰρ μόνον δεῖπνον ἄμεμπτον παρέθηκας, ἀλλὰ καὶ θεάματα καὶ ἀκροάματα ἥδιστα
3 παρέχεις. καὶ ὃς ἔφη, Τί οὖν εἰ καὶ μύρον τις ἡμῖν

μόνον δεῖπνον] Non male Lexx. Segg. p. 372. interserunt τὸ, nec tamen articulum agnoscit Athenaeus, qui XV, 34. hunc locum excerpsit. In sequentibus is habet ἀκροάματα καὶ θεάματα. — §. 3. *καὶ ὃς ἔφη*] om. Athen. Sequentia sic excerpsit: *Τί οὖν εἰ καὶ μύρον ἐνέγκαι τις ἡμῖν — ἄλλη μὲν γυναικεία, ἄλλη δὲ ἀνδρεία — ἄλλη μὲν γυναικί, ἄλλη δὲ ἀνδρὶ πρέπει* [Cod. Cantab. *ἄλλη μ. ἀνδρί, ἄλλη δὲ γ.*]. *καὶ γὰρ ἀνδρὸς μὲν δή που ἕνεκεν οὐδεὶς* [unus cod. *ἀνδρῶν οὐδεὶς*] *μ. χρ., αἵ γε μὴν γ. — ἄν τε καὶ νύμφαι — Νικηράτου τε τούτου — μύρου μέν τι καὶ προςδέονται· ναῦ-*

---

quam scio *ἐν θαύματι εἶναι* plerumque esse *mirari, obstupescere.*

2. *μάλα - ἱκανῶς*] Persaepe *μάλα, πάνυ* aliaque eius generis adverbia, quando *τόνωσιν* habent, ab adiectivo suo vel adverbio dirimuntur. Praeter I, 4. et III, 10. compara Hellenic. IV, 5, 1. *μάλα σὺν πολλῷ φόβῳ ἀπεχώρουν.* Cyrop. VII, 4, 15. *μάλα ἔστιν ἔνθα ἰσχυρῶς ὠφελοῦσι σφενδονῆται.* Apomn. I, 2, 45. *μάλα τοι - καὶ ἡμεῖς τηλικοῦτοι ὄντες δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ἦμεν.*

ἀκροάματα] Grammaticus apud Bachmannum Anecd. Graec. Vol. I. p. 62. (Bekker. p. 372.): *ἄκουσμα, οὐκ ἀκρόαμά φασί τινες λέγειν τοὺς Ἀττικούς. διαμαρτάνουσι δέ. καὶ γὰρ πλεονάζουσι μὲν ἐν ταύτῃ τῇ φωνῇ, χρῶνται δὲ ὅμως καὶ τῷ ἀκροάματι, ὡς Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· βαρύτερον τῶν ἔργων ὧν πεπόνθαμεν τὸ ἀκρόαμα γίνεται. καὶ Ξενοφῶν δὲ χρώμενος τῷ ἀκούσματι οὐδὲν ἧττον καὶ τῷ ἀκροάματι κέχρηται, ἀλλαχοῦ τε λέγων καὶ ἐν τῷ Συμποσίῳ Σωκράτην εἰςάγων λέγοντα· νὴ Δία, ὦ Καλλία, τελέως ἡμᾶς ἑστιᾷς. οὐ γὰρ μόνον τὸ δεῖπνον ἄμεμπτον παρέθηκας, ἀλλὰ καὶ θεάματα καὶ ἀκροάματα ἥδιστα παρέχεις. Δίφιλος δὲ ἐκ παραλλήλου τέθεικε τὰς λέξεις· μόνος γὰρ ἦν λέγων | ἄκουσμα κἀκρόαμα.* Similiter *Plutarch. Non posse suaviter vivi sec. Epic. c.* 13. *ἀκροάμασι καὶ θεάμασι* coniungit. Sed idem in vita Periclis c. 1. habet *ἀκούσματα καὶ θεάματα*, sicut Lucian. Nigrin. c. 19. *τοσούτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πάντοθεν ἕλκουσι.*

ἐνέγκαι, ἵνα καὶ εὐωδίᾳ ἑστιώμεθα; Μηδαμῶς, ἔφη ὁ Σωκράτης. ὥςπερ γάρ τοι ἐσθὴς ἄλλη μὲν γυναικί, ἄλλη δὲ ἀνδρὶ καλή, οὕτω καὶ ὀσμὴ ἄλλη μὲν ἀνδρί, ἄλλη δὲ γυναικὶ πρέπει. καὶ γὰρ ἀνδρὸς μὲν δήπου ἕνεκα ἀνὴρ οὐδεὶς μύρῳ χρίεται. αἱ μέντοι γυναῖκες ἄλλως τε καὶ ἢν νύμφαι τύχωσιν οὖσαι, ὥςπερ ἡ Νικηράτου τοῦδε καὶ ἡ Κριτοβούλου, μύρου μέν τι καὶ προςδέονται·

ται γὰρ — παρουσία ἀνδρῶν — καὶ ἀπουσία ποθεινοτέρα. καὶ γὰρ δὴ μύρῳ μὲν ἀλειψάμενος δοῦλος — ἐλευθέρων — πρῶτον χρηστῶν καὶ χρόνου πολλοῦ — ἐλευθέριαι [cod. Cant. ἐλευθέριοι] ἔσεσθαι. — Pro μύρῳ χρίεται A. μ. χρῆται dat. In αἵ γε μὴν γυναῖκες cum Athenaeo consentit Aristides II. p. 490. et E. In iisdem statim post comparet ἄλλως τε ἢν καί, quem ordinem serioris aetatis scriptores ut exquisitiorem videntur praetulisse. Cf. ad Apomn. I, 2, 59. et Stallbaum. ad Platon. Phaedon. p. 87. D. Ceterum post ἢν Edd. vett. addunt ὅταν ex dittographia haud dubie invectum. — ὥςπερ ἡ Νικηράτου τοῦδε καὶ ἡ Κρ.] Ante Schneiderum legebatur ὥςπ. ἡ N. καὶ Κρ. Receptum τοῦδε ex Aristide et E., articulum ἡ ante Κριτοβούλου dedit Athen. — μύρου μέν τι καὶ προςδέονται] AB a b c μύρου μέντοι κ. πρ., de qua scriptura cf. Fritzsch. Quaestt. Luc. p. 20 sqq. Aristid. μύρου μὲν οὐ πρ. E. μύρου οὐ πρ. Hinc Steph. per interrogationem μύρου μὲν τὶ καὶ προςδέονται; scribendum coniecit, quam coniecturam post Schneiderum Bornem. mutavit in μ. μέν τί κ. προςδέονται; Ex Athenaei lectione Hermannus effinxit μ. μέν τι κ. προςδέοιντ' ἄν· αὐταὶ κ. τ. λ., idque recepit Dindorf. Sed quum Xenophontis libri pro

---

3. μηδαμῶς] *Nicht doch!* Intelligi potest τοῦτο γένηται, vel simile quid. Vid. ad IV, 19. De sententia conf. Plutarch. Q. Sympos. VII, 8, 4. ὡς γὰρ ἡδονὴν ἐν οἴνῳ καὶ ὄψῳ τῇ χρείᾳ τῆς τροφῆς συνειςιοῦσαν οὐδεὶς ἀπωθεῖται, τὴν δ' ἐπὶ τοῖς μύροις οὐκ ἀναγκαίαν καὶ περίεργον οὖσαν ὁ Σωκράτης ἐπὶ κόῤῥης ῥαπίζων ἐξέβαλεν, οὕτω ψαλτηρίου φωνῆς καὶ αὐλοῦ μὴ ὑπακούωμεν. Adde eiusdem Plutarchi Sept. sap. conv. c. 4. extr.

ἄλλη μὲν - ἄλλη δέ] Huius anaphorae exempla habes III, 9. IV, 14. 48. 53. al. Cf. Matth. §. 622.

νύμφαι] νύμφη dicitur ἡ νεωστὶ γαμηθεῖσα, interprete Phavorino. Omnino usurpatur de muliere viro legitimo iuncta ma-

αὗται γὰρ τούτου ὄζουσιν· ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἡδίων ἢ μύρου γυναιξὶ καὶ ἀποῦσα
4 *ποθεινοτέρα. καὶ γὰρ δὴ μύρῳ μὲν ὁ ἀλειψάμενος καὶ*

αὗται non, ut Athenaeus, *ταῦται*, sed *αὗται* exhibeant, equidem dubitavi egregiam Hermanni coniecturam admittere. — *ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἡδίων ἢ μύρου γυναιξί*] Pressis Athenaei vestigiis Dindorf. excudendum curavit *ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἀνδράσιν ἢ μύρου γυναιξὶν ἡδίων*.

---

trimonio. Scimus autem apud Graecos moris fuisse ut sponsi et mariti *νεόγαμοι* unguentis uterentur. Aristoph. Plut. v. 529. *οὔτε μύροισιν μυρίσαι στακτοῖς, ὁπόταν νύμφην ἀγάγησθον.* Pac. 860 sqq. *τί δῆτ', ἐπειδὰν νυμφίον μ' ὁρᾶτε λαμπρὸν ὄντα; ΧΟΡ. Ζηλωτὸς ἔσει γέρον, | αὖθις νέος ὢν πάλιν | μύρῳ κατάλειπτος.* Itaque veri haud dissimile est Niceratum et Critobulum ut *νεογάμους* unctos ad Calliae coenam venisse. Quod quum animadvertisset Socrates, iniecta unguentorum mentione illos ita excusat ut dicat mulieres, praesertim recens nuptas, velle ut mariti unguento sint delibuti; simul vero eos monet ut rei gymnasticae operam dantes uxoribus suis placere studeant, quippe quae athleticis virorum virtutibus multo magis delectentur quam unguentorum odoribus.

αὗται γὰρ τούτου ὄζουσιν] De constructione verbi *ὄζειν* vid. Matth. §. 376. Buttm. §. 119. 5. 3). Respiciunt autem haec verba *παρένθετα* solam praepositionem verbi *προςδεῖσθαι*, quod significat *insuper desiderare*, velut *De Vectigg.* IV, 7. *ἀργύριον δὲ οὐδείς πω οὕτω πολὺ ἐκτήσατο ὥςτε μὴ ἔτι προςδεῖσθαι.*

ἐλαίου δὲ - ὀσμὴ - ἡδίων] *ἐλαίου ὄζειν* in proverbio erat *de iis qui rei gymnasticae assiduam operam darent.* Hinc sponte intelligitur quid opposita formula *ὄζειν μύρου* significetur, de qua Bornem. inspicere iubet praeter Thom. Mag. p. 625. Huschkium in Analectt. critt. p. 160. et Interpp. ad Aristoph. Plut. v. 1021. Ceterum Xenophontis locum imitari videtur Achill. Tat. II, 38. pag. 56. 32. ed. Iacobs. *πάσης δὲ γυναικῶν μυραλοιφίας ἥδιον ὄδωδεν ὁ τῶν παίδων ἱδρώς.*

4. *μύρῳ μὲν ὁ ἀλειψάμενος*] Legitimus ordo erat *ὁ μὲν μύρῳ ἀλειψάμενος*, quem ordinem cur reliquerit scriptor, causa in promptu est. Exempla huius hyperbati s. traiectionis sunt innumera. Apomn. I, 2, 19. *οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν μάθησίς ἐστιν ὁ μαθὼν ἀνεπιστήμων ἄν ποτε γένοιτο.* ubi accusativus *οὐδὲν ἄλλο*, ut sero intellexi, ab *ὁ μαθὼν* regitur. Ibid. I, 6, 7. *ἐμὲ δὲ ἄρα οὐκ οἴει τῷ σώματι ἀεὶ τὰ συντυγχάνοντα μελετῶντα*

δοῦλος καὶ ἐλεύθερος εὐθὺς ἅπας ὅμοιον ὄζει· αἳ δ' ἀπὸ τῶν ἐλευθερίων μόχθων ὀσμαὶ ἐπιτηδευμάτων τε πρῶτον καὶ χρόνου δέονται, εἰ μέλλουσιν ἡδεῖαί τε καὶ ἐλευθέριοι ἔσεσθαι. καὶ ὁ Λύκων εἶπεν, Οὐκοῦν νέοις μὲν ἂν εἴη ταῦτα· ἡμᾶς δὲ τοὺς μηκέτι γυμναζομένους τίνος ὄζειν δεήσει; Καλοκἀγαθίας νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης. Καὶ πόθεν ἄν τις τοῦτο τὸ χρῖσμα λάβοι; Οὐ μὰ Δί', ἔφη, οὐ παρὰ τῶν μυροπωλῶν. Ἀλλὰ πόθεν δή; Ὁ μὲν Θέογνις ἔφη

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

---

§. 4. χρόνου] πολλοῦ quod olim addebatur recc. Edd. cum A B i c h b et Ribitt. omiserunt. — συμμίσγῃς] In libris est συμμίγῃς. Sed v. ad Apomn. I, 2, 20.

καρτερεῖν πάντα ῥᾷον φέρειν σοῦ μὴ μελετῶντος; et §. 13. καὶ τὴν σοφίαν ὡσαύτως τοὺς μὲν ἀργυρίου τῷ βουλομένῳ πωλοῦντας σοφιστὰς ἀποκαλοῦσιν. Eurip. Androm. v. 215. ἀμφὶ Θρῄκην χιόνι τὴν κατάῤῥυτον. Cf. Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 706. et Herm. ad Aiac. v. 1007. Sequens ἅπας per appositionem quandam adiectum puta. Vid. Matth. Gr. §. 302. n. — De dictione ὅμοιον ὄζειν, *eodem modo redolere*, vid. ibid. §. 376.

αἳ δὲ - ὀσμαί] Eadem brevitate Apomn. II, 7, 9. τὴν ἀπὸ τούτων χάριν. Cf. Matth. §. 572. *Labores liberales* esse gymnasticos, quia ad gymnasticen nonnisi liberi homines admissi fuerint, monuit Zeunius. Cf. Cyrop. VIII, 1, 43. οὓς δ' αὖ κατεσκεύαζεν εἰς τὸ δουλεύειν, τούτους οὔτε μελετᾶν τῶν ἐλευθερίων πόνων οὐδένα παρώρμα.

πρῶτον] *antea* reddi potest. Cf. Oecon. XII, 5. οὐκοῦν εὔνοιαν πρῶτον δεήσει αὐτὸν ἔχειν — εἰ μέλλοι ἀρέσκειν. Quomodo intelligendum sit μέλλουσιν ἔσεσθαι docebit Matth. Gr. §. 502.

οὐ μὰ Δί' - οὐ π. τ. μ.] Ita saepissime negatio iteratur. Plato Theaetet. p. 142. E. οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόματος. De Rep. p. 390, C. οὐ μὰ τὸν Δία — οὔ μοι φαίνεται ἐπιτήδειον. Aristoph. Nubb. v. 1067. εἴληφη — ἀλλ' οὐ μὰ Δί', οὔ, μάχαιραν. Similis anadiplosis infra est IV, 3.

ὁ μὲν Θέογνις] poeta gnomicus, Megarensis, aetate paullo posterior Solone. Quod non sequitur oppositum membrum ora-

στρίδα ἐφεστηκυῖαν καὶ τροχούς τινα αὐτῇ προςφέροντα.
8 ἐκ τούτου δὴ ηὔλει μὲν αὐτῇ ἡ ἑτέρα, παρεστηκώς δέ τις τῇ ὀρχηστρίδι ἀνεδίδου τοὺς τροχοὺς μέχρι δώδεκα. ἡ δὲ λαμβάνουσα ἅμα τε ὠρχεῖτο καὶ ἀνεῤῥίπτει δονουμένους συντεκμαιρομένη ὅσον ἔδει ῥιπτεῖν ὕψος ὡς ἐν
9 ῥυθμῷ δέχεσθαι αὐτούς. καὶ ὁ Σωκράτης εἶπεν, Ἐν πολλοῖς μέν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοις δῆλον καὶ ἐν οἷς δ' ἡ παῖς ποιεῖ ὅτι ἡ γυναικεία φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ

---

§. 8. δονουμένους] Sic A B cum Edd. vett. Stephanus dedit δινουμένους. Bornemannus ablegat lectores ad Aristoph. Avv. v. 1183. eiusque Interprr. et ad Hesych. s. δονεῖ. — §. 9. ἐν πολλοῖς – ἡ παῖς] Aristid. II. p. 509. ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις δῆλον καὶ ἐν οἷς δὲ ἡ παῖς, sed cod. Guelf. δῆλον δὲ καὶ ἐν οἷς ἡ παῖς. A B καὶ ἐν οἷς δὴ παῖς.

---

8. ἀνεδίδου] ἀνὰ μέρος s. ἑξῆς ἐδίδου. Lucian. Conviv. c. 20. τὸν δὲ — ἀναδόντα αὐτῷ τοὺς αὐλοὺς κελεύειν αὐλεῖν — μετὰ δὲ παραδόντα τοὺς αὐλοὺς ἐκείνῳ κ. τ. λ. Cf. quae de simili usu ἀνά praepositionis infra V, 9, annotavimus.

μέχρι δώδεκα] *ad duodecim*, quo indicatur, huic numero deesse aliquid, nec tamen multum. Sturz. L. X. in h. v. dicit, simpliciter accipi posse pro δώδεκα. Et ita accepit Grysar. de Doriens. comoedia Vol. I. p. 60. qui rem sic exponit: „Saltatrix igitur, dum tibicina cantat tibiis, saltat atque ipsam per saltationem *duodecim annulos* ad numerum quendam in altum proiicit, quos delabentes singulos ordine suo excipit."

ἅμα τε ὠρχ. καὶ] Ne credat aliquis τέ esse traiectum, post καί part. mente iterandam praegressum ἅμα. Anab. V, 2, 14. ἅμα τε τῷ Ἐνυαλίῳ ἠλάλαξαν καὶ ἔθεον δρόμῳ. Cf. ad §. 1.

ὅσον-ὕψος] Sturzius cum Zeunio subaudiri iubet εἰς. Sed tu v. Matth. §. 425. ῥιπτεῖν esse *iactare*, ῥίπτειν autem *iacere* recte praecipere videtur Herm. ad Soph. Aiac. 235.

ἐν ῥυθμῷ] *ad numerum.* Dicitur ῥυθμός de omni motu, in quo cernitur celeritatis et tarditatis ordo; inprimis autem pertinet ad corporis motus, sive ad saltationem et gestum. V. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 36. Cyrop. I, 3, 10. εἰ ἀνασταίητε ὀρχησόμενοι μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε. Cf. Anab. V, 4, 14. 9, 6. 10.

9. καὶ ἐν οἷς δέ] h. e. καὶ δῆλον δὲ ἐν τούτοις ἃ ἡ παῖς ποιεῖ. Diodor. Sic. XIV, 22. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης καὶ

ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει, γνώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται. ὥςτε εἴ τις ὑμῶν γυναῖκα ἔχει, θαῤῥῶν διδασκέτω ὅ τι βούλοιτ' ἂν αὐτῇ ἐπισταμένῃ χρῆσθαι. καὶ ὁ Ἀν-

---

γνώμης] Moschius et Langius coniecerunt ῥώμης, idque recepit Bornemann.

πάλαι μὲν ἦν παρὰ Φαρναβάζου πεπυσμένος ὅτι στρατόπεδον ἐπ' αὐτὸν ἀθροίζει λάθρα Κῦρος, καὶ τότε δὲ πυθόμενος αὐτοῦ τὴν ἀνάβασιν μετεπέμπετο. De ἐν praepositione cum δῆλον iuncta, quum solo dativo opus esset (v. Matth. §. 401. n. 2.) cf. Cyrop. I, 6, 2. καὶ ἐν ἱεροῖς δῆλον καὶ ἐν οὐρανίοις σημείοις. ibid. §. 21. οὕτως ἔχει ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν.

γνώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται] *consilio et robore eget.* Plato Sympos. IX, p. 181. C. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου τοῦ ἔρωτος ἔπιπνοι, τὸ φύσει ἐῤῥωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. Lucian. Diall. meretr. V, 4. ἐγεννήθην μὲν ὁμοία ταῖς ἄλλαις ὑμῖν· ἡ γνώμη δὲ καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ τἄλλα πάντα ἀνδρός ἐστί μοι. Xenoph. Agesil. X, 1. ὁ δὲ καρτερίᾳ μὲν πρωτεύων, ἔνθα πονεῖν καιρός, ἀλκῇ δέ, ὅπου ἀνδρείας ἀγών, γνώμῃ δέ, ὅπου βουλῆς ἔργον κ. τ. λ. Cic. pro Murena c. 12. Mulieres omnes *propter infirmitatem consilii* maiores in tutorum potestate esse voluerunt. Ceterum haec verba, nisi ab aliena manu sunt intrusa, eo consilio videntur adiecta, ut iudicium quod modo tulit Socrates de muliebris naturae praestantia, restringant et limitent. Licet autem aeque atque proxime antecedentia ex superioribus illis ἐν πολλοῖς - δῆλον - ὅτι pendeant, tamen accuratius rem perpendenti non dubium erit, quin per negligentiam quandam scriptoris, haud vero eam similibus destitutam exemplis factum sit ut referrentur quo referri non debebant. Parum enim liquet, quo pacto e miraculis saltatricis intelligi potuerit, *prudentia et corporis viribus* mulieres egere et cedere viris. Quis non sentit orationem sic fere debuisse procedere: — οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει, πλὴν γνώμης καὶ ἰσχύος δεῖται, *nisi quod consilio et robore eget.* Sequentia ὥςτε - χρῆσθαι non ad hanc sed ad praegressam sententiam pertinere, sponte patet.

ὅ τι βούλοιτ' ἂν - χρῆσθαι] *qua in re uti ea velit perita.* Oec. III, 11. εἰ δὲ μὴ διδάσκων τὰ καλὰ κἀγαθά, ἀνεπιστήμονι τούτων χρῷτο (sc. τῇ γυναικί), ἆρ' οὐ δικαίως ἂν ὁ ἀνὴρ τὴν αἰτίαν ἔχοι; Cf. ibid. VII, 4. Sturzius Lex. Xenoph. Vol. II. p. 317. nostrum locum iis annumerat, in quibus ἐπίστασθαι simpliciter (absolute) dictum sit. De constructione

τισθένης, Πῶς οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτω γιγνώσκων οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων, χαλεπωτάτῃ; Ὅτι, ἔφη, ὁρῶ καὶ τοὺς ἱππικοὺς βουλομένους γενέσθαι οὐ τοὺς εὐπειθεστάτους ἀλλὰ τοὺς θυμοειδεῖς ἵππους κτωμένους. νομίζουσι γάρ, ἢν τοὺς τοιούτους δύνωνται κατέχειν, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἵπποις χρήσεσθαι. κἀγὼ δὴ βουλόμενος ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ὁμιλεῖν ταύτην κέκτημαι, εὖ εἰδὼς ὅτι εἰ ταύτην ὑποίσω, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις συνέσομαι. καὶ οὗτος μὲν δὴ ὁ λόγος οὐκ

χρῆσθαί τινί τι cf. Anab. IV, 8, 11. τοῖς περιττοῖς χρήσονται ὅ τι ἂν βούλωνται. ibid. VI, 4, 20. κελεύουσί σε κρίναντα σεαυτὸν χρῆσθαι ὅ τι ἂν βούλῃ.

10. οἶμαι δὲ καὶ] Infra VIII, 7. πᾶσα μὲν ἡ πόλις οἶδε, πολλοὺς δ' οἶμαι καὶ τῶν ξένων. sc. εἰδέναι. Plat. Protag. p. 314. B. οὐ μόνος Πρωταγόρας αὐτόθι ἐστίν, ἀλλὰ καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος, οἶμαι δὲ καὶ Πρόδικον τὸν Κεῖον. intell. αὐτόθι εἶναι. Sympos. p. 176. A. χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινος, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλούς. sc. δεῖσθαι ἀναψυχῆς. Apolog. p. 25. E. ταῦτα ἐγώ σοι οὐ πείθομαι, ὦ Μέλητε, οἶμαι δὲ οὐδὲ ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα. int. πείσεσθαί σοι. Sed exempla huius ellipseos post οἶμαι δὲ καί usitatae ubivis leguntur.

εἰ ταύτην ὑποίσω] Spectat hunc locum Plutarchus in *De capienda ex hostibus utilitate* T. VI. p. 337. ed. R. ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην, θυμοειδῆ οὖσαν καὶ χαλεπήν, ὡς ἂν εὐκόλως συνεσόμενος ἑτέροις, ἂν ἐκείνην ὑπομένειν ἐθισθῇ. Atque Gellius N. A. I, 17: Xanthippe Socratis philosophi uxor morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa: irarumque et molestiarum muliebrium per diem perque noctem scatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus interrogavit Socratem, quaenam ratio esset cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, quum illam domi talem perpetior, insuesco et exerceor ut ceterorum quoque foris petulantiam iniuriamque facilius feram. Cf. ad Memor. II, 2, 7. *Zeun.*

συνέσομαι] χρήσομαι, ὁμιλήσω.

οὐκ ἄπο τοῦ σκοποῦ] ἀντὶ τοῦ, εὔστοχα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν εὖ τοξευόντων κατὰ σκοποῦ. *Eustath.* ad Hom. Odyss. XI, 344. Suidas et Grammatic. in Bekk. Anecd. p. 435 inter-

ἄπο τοῦ σκοποῦ ἔδοξεν εἰρῆσθαι. μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος 11
εἰςηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. εἰς μὲν οὖν ταῦτα
ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν.
ὥςτε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο μή τι πάθῃ, ἡ δὲ θαῤ-
ῥούντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. καὶ ὁ Σω- 12
κράτης καλέσας τὸν Ἀντισθένην εἶπεν, Οὔτοι τούς γε

---

§. 10. ἄπο τοῦ σκοποῦ] ἀπὸ τοῦ σκοποῦ b c h l. — §. 11. εἰς οὖν ταῦτα] i c h b εἰς μὲν οὖν ταῦτα.

---

pretantur μάτην, περιττῶς, ἐνάντίως. Cf. Plat. Theaet. p. 179. C. et Iuncus apud Stobaeum Vol. III. p. 459. ed. Gaisf. De retracto praepositionis accentu v. ad Apomn. I, 2, 25. et Iacobs. ad Achill. Tat. V, 12. p. 785. Comprimere voluisse Socratem importunam Antisthenis quaestionem eumque visum esse comparatione equorum domandorum cum muliere ducenda acute et vere usum defensionem suam contra Antisthenem egregie exsequi intellexerunt Langius, Schneiderus, Bornemannus.

11. μετὰ δὲ τοῦτο — ὑπὲρ αὐτῶν] *Tum illatus est orbis undequaque gladiis extantibus consitus, per quos saltatrix pedibus in altum conversis capite insistens prosiliret.* Grysar, de Dor. com. p. 60. Recte Weiskius κυβιστᾶν et ἐκκυβιστᾶν ita distinguit, ut illud sit *per gladios in mucronem erectos saltando in caput provolvi*, hoc *rotato corpore rursus in pedes revolvi*, sive *saltu in praeceps dato caput rursus in altum erigere.* Itaque cum eo convertendum est: *In hos gladios saltatrix saltu et capite prono se dabat et rotata super eos rursus in pedes revoluta stabat.* Cf. Anab. V, 9, 9. Plato Symp. XIV, 5 sq. p. 190. A. Euthydem. p. 294. D. Athenaeus IV, 3. p. 129. D.

πάθῃ] Exspectabas optativum. Sed ut omnino subiunctivus saepe post praeterita subiicitur, ita inprimis post verba timendi eum frequentari docuit Matthiae ad Eurip. Phoeniss. v. 70. ad Suppl. v. 149. et Gramm. Gr. ampl. §. 520. p. 1001. Buttm. §. 126. 1. Cf. Interprr. ad Anab. I, 8, 24. Plat. Protag. p. 320. A. Soph. Aiac. v. 272. Eurip. Hecub. v. 1138. Ceterum μή τι πάθῃ, *ne quid pateretur*, esse euphemismum pro *ne ensibus transfigeretur*, *ne periret*, vix erat quod Zeunius moneret.

12. καλέσας τὸν Ἀντισθένην] pro ὦ Ἀντίσθενες, ut saepe. Plato Alcib. II. c. 20. ex Hemsterhusii correctione: καλέσαντα δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους φάναι· τάδε λέγει Ἄμμων.

οὔτοι — οἴομαι] *Spectatores quidem profecto non negaturos amplius hoc existimo.* οὔτοι γε et οὔτοι — γε interposito vo-

θεωμένους τάδε ἀντιλέξειν ἔτι οἴομαι ὡς οὐχὶ καὶ ἡ ἀν-
δρεία διδακτόν, ὁπότε αὕτη καίπερ γυνὴ οὖσα οὕτω
13 τολμηρῶς εἰς τὰ ξίφη ἵεται. καὶ ὁ Ἀντισθένης εἶπεν,
Ἆρ' οὖν καὶ τῷδε τῷ Συρακοσίῳ κράτιστον ἐπιδείξαντι
τῇ πόλει τὴν ὀρχηστρίδα εἰπεῖν, ἐὰν διδῶσιν αὐτῷ
Ἀθηναῖοι χρήματα, ποιήσειν πάντας Ἀθηναίους τολ-
14 μᾶν ὁμόσε ταῖς λόγχαις ἰέναι; καὶ ὁ Φίλιππος, Νὴ Δί',
ἔφη, καὶ μὴν ἔγωγε ἡδέως ἂν θεώμην Πείσανδρον τὸν
δημηγόρον μανθάνοντα κυβιστᾶν εἰς τὰς μαχαίρας, ὃς

---

§. 13. ποιήσειν] Stephani est coniectura. Edd. vett. et A B ποιῆσαι.

---

cabulo, quod utrumque recte dicitur, ita differunt ut, ubi οὔτοι γε dicitur, γέ pertineat ad totam sententiam, in οὔτοι-γε ad interpositum vocabulum referatur. Cf. ad VIII, 32. Plato Gorg. p. 450. E. De Rep. p. 332. A. Herm. ad Soph. Philoct. v. 800. Krüger. Commentt. ad calcem Dionys. Halic. p. 267. — De οὐχί negatione verbo ἀντιλέγειν subiecta cf. Hellenic. II, 3, 16. ὁ δὲ — ἀντέλεγεν ὅτι οὐκ ἐγχωροίη. et infra ad III, 3. annotata.

ὁπότε] *quando*, *quoniam*. „Namque ut ἐπεί, ὅπου aliaeque particulae indicativo iunctae saepe non tempus locumve, sed causam et rationem indicant, ita idem fieri solet in particulis ὅτε et ὁπότε." *Herm.* ad Vig. p. 918. Cf. Matth. §. 624. cl. 602. extr. Buttm. §. 136. Additur fere γέ, velut IV, 50. Anab. VII, 6, 11. Cyr. II, 2, 13. VI, 1, 8. VIII, 3, 7.

13. Ἆρ' οὖν-κράτιστον] *Ergone fuerit — optimum.* Non ubique ἄρα est *num*, sed saepissime, inprimis quum adiunctum sibi οὖν habet, respondet Latino *ne* enclit. Matth. §. 614. Cf. III, 13. VI, 6. VII, 1. — ἐπιδείξαντι recte habet, quanquam accusativus participii in hac structura paullo est usitatior. Cf. *Lucian. pro mercede cond.* c. 8. ἆρά μοι κράτιστον ἐθελοκακήσαντα καὶ τὰ νῶτα ἐπιστρέψαντα καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν. Plat. Alc. II. c. 19. βουλευομένοις αὐτοῖς δοκεῖν κράτιστον εἶναι πέμψαντας πρὸς Ἄμμωνα, ἐκεῖνον ἐπερωτᾶν.

ποιήσειν-τολμᾶν] Apomn. I, 2, 2. ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλούς, ἀρετῆς ποιήσας ἐπιθυμεῖν. Vid. Matth. §. 530. 2.

14. Πείσανδρον] timiditate adeo insignem, ut saepe in scena a Comicis exagitaretur. Vid. Aristoph. Avv. v. 1566.

ὃν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λόγχαις ἀντιβλέπειν οὐδὲ συστρατεύεσθαι ἐθέλει. ἐκ τούτου ὁ παῖς ὠρχήσατο. καὶ
Σωκράτης εἶπεν, Εἴδετ', ἔφη, ὡς καλὸς παῖς ὢν 15
ὅμως σὺν τοῖς σχήμασιν ἔτι καλλίων φαίνεται ἢ ὅταν ἡσυχίαν ἔχῃ; καὶ ὁ Χαρμίδης εἶπεν, Ἐπαινοῦντι ἔοικας τὸν ὀρχηστοδιδάσκαλον. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Σω- 16
κράτης· καὶ γὰρ ἄλλο τι προςενόησα, ὅτι οὐδὲν ἀργὸν

Pac. 895. Lysistr. v. 490. ibique Scholiast. Instituit Pisander quadringentorum dominationem in iisque periit. Cf. Thuc. VIII, 53 sqq.

15. ὡς καλὸς παῖς ὤν] Ne cum Bornemanno aliisque ὡς καλὸς ὁ παῖς ὢν scribendum censeas, tenendum est, etiam sic Graecos esse locutos, ut ex praedicato intelligerent subiectum. Soph. Philoct. v. 81. ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν. cui loco admovit Hermannus Eurip. Androm. v. 181. ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Phoeniss. v. 206. φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Plautus Amph. II, 2, 1. *Satin parva res est voluptatum in vita atque in aetate agunda, praequam quod molestum est.* Exquisitiorem hanc dicendi rationem recentiores Graeci ad taedium usque frequentant. Cf. etiam ad IX, 7. extr. Non magis Bornemanno assentiri in eo possum, quod ab initio sententiae ἴδετ' pro εἴδετ' scripsit. Εἴδετ' est *vidistis*, sive cum interrogatione, quod videtur praestare, sive citra interrogationem accipias. Sic Soph. Aiac. v. 1005. *Herm.* εἴδες ὡς χρόνῳ ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσαι; Eurip. Orest. v. 128. *Matth.* εἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας σώζουσα κάλλος. ubi alii probarunt ἴδετε. Sequens φαίνεται quum sit Aoristus Praesentis neminem, opinor, morabitur, quanquam Bornemannus videtur in eo offendisse. Vide eum in Indice ad Conviv. p. 239.

ἐπαινοῦντι ἔοικας] Eandem structuram habes Apomn. I, 6, 10. ἔοικας τὴν εὐδαιμονίαν οἰομένῳ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν εἶναι. ubi vid. annot. Plato Apol. p. 27. A. ἔοικε γὰρ ὥςπερ αἴνιγμα ξυντιθέντι διαπειρωμένῳ. Cf. infra VI, 8. 9.

16. οὐδὲν ἀργὸν τοῦ σώματος] Athen. I. p. 20. τῆς δὲ Μέμφιδος ὀρχήσεως ἤρα καὶ Σωκράτης ὁ σοφὸς καὶ πολλάκις καταλαμβανόμενος ὀρχούμενος, ὥς φησι Ξενοφῶν, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις παντὸς εἶναι μέλους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον. ubi v. Schweighaeuser. Plutarch. de tuenda sanitate c. VI. ὥςπερ γὰρ αὐτῷ Σωκράτει γυμνάσιον ἦν οὐκ ἀηδὲς ἡ ὄρχησις κ. τ. λ. Diog. Laert. in Socrate: ἔτι δὲ ὠρχεῖτο συνεχὲς τῇ τοῦ σώματος εὐεξίᾳ λυσιτελεῖν ἡγούμενος τὴν τοιαύτην γυμνασίαν, ὡς καὶ Ξενοφῶν ἐν συμποσίῳ φησίν. Lucian. de saltatione c. 25. Ὁ Σωκράτης

θεωμένους τάδε ἀντιλέξειν ἔτι οἴομαι ὡς οὐχὶ καὶ ἡ ἀν-
δρεία διδακτόν, ὁπότε αὕτη καίπερ γυνὴ οὖσα οὕτω
13 τολμηρῶς εἰς τὰ ξίφη ἵεται. καὶ ὁ Ἀντισθένης εἶπεν,
Ἆρ' οὖν καὶ τῷδε τῷ Συρακοσίῳ κράτιστον ἐπιδείξαντι
τῇ πόλει τὴν ὀρχηστρίδα εἰπεῖν, ἐὰν διδῶσιν αὐτῷ
Ἀθηναῖοι χρήματα, ποιήσειν πάντας Ἀθηναίους τολ-
14 μᾶν ὁμόσε ταῖς λόγχαις ἰέναι; καὶ ὁ Φίλιππος, Νὴ Δί',
ἔφη, καὶ μὴν ἔγωγε ἡδέως ἂν θεῴμην Πείσανδρον τὸν
δημηγόρον μανθάνοντα κυβιστᾶν εἰς τὰς μαχαίρας, ὃς

---

§. 13. *ποιήσειν*] Stephani est coniectura. Edd. vett. et A B. ποιήσει.

---

cabulo, quod utrumque recte dicitur, ita differunt ut, ubi *οὔτοι γε* dicitur, *γέ* pertineat ad totam sententiam, in *οὔτοι—γε* ad interpositum vocabulum referatur. Cf. ad VIII, 32. Plato Gorg. p. 450. E. De Rep. p. 332. A. Herm. ad Soph. Philoct. v. 800. Krüger. Commentt. ad calcem Dionys. Halic. p. 267. — De *οὐχί* negatione verbo *ἀντιλέγειν* subiecta cf. Hellenic. II, 3, 16. *ὁ δὲ — ἀντέλεγεν ὅτι οὐκ ἐγχωροίη.* et infra ad III, 3. annotata.

ὁπότε] *quando, quoniam.* „Namque ut *ἐπεί*, *ὅπου* aliaeque particulae indicativo iunctae saepe non tempus locumve, sed causam et rationem indicant, ita idem fieri solet in particulis *ὅτε* et *ὁπότε*." *Herm.* ad Vig. p. 918. Cf. Matth. §. 624. cl. 602. extr. Buttm. §. 136. Additur fere *γέ*, velut IV, 50. Anab. VII, 6, 11. Cyr. II, 2, 13. VI, 1, 8. VIII, 3, 7.

13. *Ἆρ' οὖν-κράτιστον*] *Ergone fuerit—optimum.* Non ubique *ἄρα* est *num*, sed saepissime, inprimis quum adiunctum sibi *οὖν* habet, respondet Latino *ne* enclit. Matth. §. 614. Cf. III, 13. VI, 6. VII, 1. — *ἐπιδείξαντι* recte habet, quanquam accusativus participii in hac structura paullo est usitatior. Cf. *Lucian. pro mercede cond.* c. 8. *ἄρά μοι κράτιστον ἐθελοκακήσαντα καὶ τὰ νῶτα ἐπιστρέψαντα καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν.* Plat. Alc. II. c. 19. *βουλευομένοις αὐτοῖς δοκεῖν κράτιστον εἶναι πέμψαντας πρὸς Ἄμμωνα, ἐκεῖνον ἐπερωτᾶν.*

ποιήσειν-τολμᾶν] Apomn. I, 2, 2. *ἀλλ' ἔπαυσε μὲν τούτων πολλούς, ἀρετῆς ποιήσας ἐπιθυμεῖν.* Vid. Matth. §. 530. 2.

14. *Πείσανδρον*] timiditate adeo insignem, ut saepe in scena a Comicis exagitaretur. Vid. Aristoph. Avv. v. 1556.

νῦν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λόγχαις ἀντιβλέπειν οὐδὲ συ-
στρατεύεσθαι ἐθέλει. ἐκ τούτου ὁ παῖς ὠρχήσατο. καὶ
ὁ Σωκράτης εἶπεν, Εἴδετ', ἔφη, ὡς καλὸς παῖς ὢν 15
ὅμως σὺν τοῖς σχήμασιν ἔτι καλλίων φαίνεται ἢ ὅταν
ἡσυχίαν ἔχῃ; καὶ ὁ Χαρμίδης εἶπεν, Ἐπαινοῦντι ἔοικας
τὸν ὀρχηστοδιδάσκαλον. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Σω- 16
κράτης· καὶ γὰρ ἄλλο τι προςενόησα, ὅτι οὐδὲν ἀργὸν

Pac. 395. Lysistr. v. 490. ibique Scholiast. Instituit Pisander quadringentorum dominationem in iisque periit. Cf. Thuc. VIII, 53 sqq.

15. ὡς καλὸς παῖς ὢν] Ne cum Bornemanno aliisque ὡς καλὸς ὁ παῖς ὢν scribendum censeas, tenendum est, etiam sic Graecos esse locutos, ut ex praedicato intelligerent subiectum. Soph. Philoct. v. 81. ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν. cui loco admovit Hermannus Eurip. Androm. v. 181. ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Phoeniss. v. 206. φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Plautus Amph. II, 2, 1. *Satin parva res est voluptatum in vita atque in aetate agunda, praequam quod molestum est.* Exquisitiorem hanc dicendi rationem recentiores Graeci ad taedium usque frequentant. Cf. etiam ad IX, 7. extr. Non magis Bornemanno assentiri in eo possum, quod ab initio sententiae ἴδετ' pro εἴδετ' scripsit. Εἴδετ' est *vidistis*, sive cum interrogatione, quod videtur praestare, sive citra interrogationem accipias. Sic Soph. Aiac. v. 1005. *Herm.* εἶδες ὡς χρόνῳ ἔμελλε σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσαι; Eurip. Orest. v. 128. *Matth.* εἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας σώζουσα κάλλος. ubi alii probarunt ἴδετε. Sequens φαίνεται quum sit Aoristus Praesentis neminem, opinor, morabitur, quanquam Bornemannus videtur in eo offendisse. Vide eum in Indice ad Conviv. p. 239.

ἐπαινοῦντι ἔοικας] Eandem structuram habes Apomn. I, 6, 10. ἔοικας τὴν εὐδαιμονίαν οἰομένῳ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν εἶναι. ubi vid. annot. Plato Apol. p. 27. A. ἔοικε γὰρ ὥςπερ αἴνιγμα ξυντιθέντι διαπειρωμένῳ. Cf. infra VI, 8. 9.

16. οὐδὲν ἀργὸν τοῦ σώματος] Athen. I. p. 20. τῆς δὲ Μέμφιδος ὀρχήσεως ἤρα καὶ Σωκράτης ὁ σοφὸς καὶ πολλάκις καταλαμβανόμενος ὀρχούμενος, ὥς φησι Ξενοφῶν, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις παντὸς εἶναι μέλους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον. ubi v. Schweighaeuser. Plutarch. de tuenda sanitate c. VI. ὥςπερ γὰρ αὐτῷ Σωκράτει γυμνάσιον ἦν οὐκ ἀηδὲς ἡ ὄρχησις κ. τ. λ. Diog. Laert. in Socrate: ἔτι δὲ ὠρχεῖτο συνεχὲς τῇ τοῦ σώματος εὐεξίᾳ λυσιτελεῖν ἡγούμενος τὴν τοιαύτην γυμνασίαν, ὡς καὶ Ξενοφῶν ἐν συμποσίῳ φησίν. Lucian. de saltatione c. 25. Ὁ Σωκράτης

τοῦ σώματος ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ἀλλ' ἅμα καὶ τράχηλος καὶ σκέλη καὶ χεῖρες ἐγυμνάζοντο, ὥσπερ χρὴ ὀρχεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὐφορώτερον τὸ σῶμα ἕξειν. καὶ ἐγὼ μέν, ἔφη, πάνυ ἂν ἡδέως, ὦ Συρακόσιε, μάθοιμι τὰ σχήματα
17 παρὰ σοῦ. καὶ ὅς, Τί οὖν χρήσῃ αὐτοῖς; ἔφη. Ὀρχήσομαι νὴ Δία. ἐνταῦθα δὴ ἐγέλασαν ἅπαντες. καὶ ὁ Σωκράτης μάλα ἐσπουδακότι τῷ προσώπῳ, Γελᾶτε, ἔφη, ἐπ' ἐμοί; πότερον ἐπὶ τούτῳ εἰ βούλομαι γυμναζόμενος μᾶλλον ὑγιαίνειν ἢ εἰ ἥδιον ἐσθίειν καὶ καθεύδειν ἢ εἰ τοιούτων γυμνασίων ἐπιθυμῶ, μὴ ὥσπερ οἱ δολιχοδρόμοι τὰ σκέλη μὲν παχύνονται, τοὺς ὤμους δὲ

δὲ, σοφώτατος ἀνήρ, ... οὐ μόνον ἐπῄνει τὴν ὀρχηστρικήν, ἀλλὰ καὶ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἠξίου, μέγιστον νέμων εὐρυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ καὶ κινήσει ἐμμελεῖ καὶ εὐσχημοσύνῃ τοῦ κινουμένου, καὶ οὐκ ᾐδεῖτο γέρων ἀνὴρ ἓν τῶν σπουδαιοτάτων μαθημάτων καὶ τοῦτο ἡγούμενος εἶναι. καὶ ἔμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ ὀρχηστρικὴν οὐ μετρίως σπουδάσεσθαι, ὅς γε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα καὶ παρ' ἑταίρας γυναικὸς οὐκ ἀπηξίου σπουδαῖόν τι ἀκούειν τῆς Ἀσπασίας. Refertur autem locus noster ad saltationem pantomimicam, de qua v. Plutarch. Symposiac. IX, 15. col. VII, 8, 3, et praeter Schweigh. l. l. Faber. in Gronov. Thesaur. T. VIII. p. 2252.

τράχηλος - ἐγυμν.] De rep. Laced. V, 9. οὐκ ἂν οὖν ῥᾳδίως γέ τις εὕροι Σπαρτιατῶν οὔτε ὑγιεινοτέρους οὔτε τοῖς σώμασι χρησιμωτέρους· ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν καὶ ἀπὸ χειρῶν καὶ ἀπὸ τραχήλου γυμνάζονται. ubi v. Schneid.

ὥσπερ χρὴ] Schneidero probatur coniectura Weiskii scribentis ὥστε, quippe cum qua sequentia bene congruant. Sensum inesse haud dubie statuerunt: *ita ut saltare oporteat*; quod si philosophus voluisset, nonne daturus fuisset ὥστε ὀρχεῖσθαι χρῆναι? *Bornem.* Nullum hic locum ὥστε habet: non enim quodvis saltationis genus Socrati probatur, sed tale, quo totum corpus exerceatur agiliusque reddatur.

17. εἰ βούλομαι] *Quod velim.* εἰ pro ὅτι. *Zeun.* Cf. Anab. III, 2, 17. μηδὲ μέντοι τοῦτο μεῖον δόξητε ἔχειν, εἰ οἱ Κυρεῖοι .. νῦν ἀφεστήκασιν. Matth. §. 617. 2. p. 586. Buttm. §. 135. 3.

μὴ ὥσπερ οἱ δολ. τ. σκ. μὲν π.] Quum illud μή h. l. in sequentibus non habeat neque coniunctivos neque infinitivos, quo referatur, ex indicativis παχύνονται et λεπτύνονται supplendi

λεπτύνονται, μηδ' ὥςπερ οἱ πύκται τοὺς μὲν ὤμους παχύνονται, τὰ δὲ σκέλη λεπτύνονται, ἀλλὰ παντὶ διαπονῶν τῷ σώματι πᾶν ἰσόῤῥοπον ποιεῖν; ἢ ἐπ' ἐκείνῳ 18 γελᾶτε ὅτι οὐ δεήσει με συγγυμναστὴν ζητεῖν, οὐδ' ἐν ὄχλῳ πρεσβύτην ὄντα ἀποδύεσθαι, ἀλλ' ἀρκέσει μοι οἴ-

---

sunt infinitivi παχύνεσθαι et λεπτύνεσθαι. Nam μή h. l., ut saepius, cum infinitivo iunctum est, quod verbum postremum ποιεῖν indicat. Quo autem iure h. l. indicativi παχύνονται etc. cum δολιχοδρόμοι etc. conveniunt et eorundem verborum infinitivi ad μή pertinentes desunt, eodem iure infinitivi παχύνεσθαι etc., si auctor eos ponere voluisset, cum μή convenissent et indicativi παχύνονται cum reliquis omitti potuissent. Sed ne eiusdem verbi indicativi et infinitivi iuxta se ponerentur, auctor indicativos cum nominativis congruentes quam infinitivos ad μή pertinentes ponere maluit. Nam dicere etiam potuisset: μή ὥςπερ οἱ δολιχοδρόμοι τὰ σκέλη μὲν παχύνεσθαι, τοὺς δὲ ὤμους λεπτύνεσθαι, μηδ' ὥςπερ οἱ πύκται τοὺς μὲν ὤμους παχύνεσθαι, τὰ δὲ σκέλη λεπτύνεσθαι. Quod facere Orellius proposuit, sed sine necessitate, ut recte iudicat Bornem., qui vulgatam lectionem in Anacoluthorum numerum refert. *Langius.* Idem dicendi modus ellipticus est Cyrop. IV, 3, 12—13. ἀλλὰ μὴν σχολή γε ἡμῖν μανθάνειν, ὅση οὔτε παισὶν οὔτε ἄλλοις ἀνδράσιν· οὔτε γὰρ τοξεύειν ἡμῖν μαθητέον, ὥςπερ τοῖς παισί· προεπιστάμεθα γὰρ τοῦτο· οὔτε μὴν ἀκοντίζειν· ἐπιστάμεθα γὰρ τοῦτο· ἀλλ' οὐδὲ μήν, ὥςπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνδράσι τοῖς μὲν γεωργίαι ἀσχολίαν παρέχουσι τοῖς δὲ τέχναι τοῖς δὲ ἄλλα οἰκεῖα· ἡμῖν δὲ στρατεύεσθαι οὐ μόνον σχολή, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν οὐχ, ὥςπερ ἄλλα πολλὰ τῶν πολεμικῶν χαλεπὰ μέν, χρήσιμα δέ· ἱππικὴ δὲ οὐκ ἐν ὁδῷ μὲν ἡδίων ἢ αὐτοῖν τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι; ubi v. Intpp.

ἰσόῤῥοπον] Hesychius interpretatur v. ἰσοβαρές, ἴσον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μὴ ῥεπόντων ζυγῶν, καὶ ἰσόσταθμον ἢ ὅμοιον. Cf. Plato. Phaedo. p. 109 A. ibique Wyttenbach.

18. πρεσβύτην ὄντα] ac proinde turpem adspectu inter iuvenes vigore et specie oculos spectatorum pascentes. *Weisk.* In memoriam hic veniunt Tyrtaei Eleg. I, 27 sqq. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν Ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ· Ἀνδράσι μὲν θηητὸς ἰδεῖν ἐρατός τε γυναιξίν. Corpus nudare Graecis non erat turpe. Cf. Thuc. I, 6. Dionys. Arch. VII, 72. p. 1485. Plut. Alex. c. 15. Athen. I, 37. p. 20. E. F. De gentium barbararum more vid. Herodot. I, 10, 4. παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει. ubi Wesseling. haecce an-

κος ἑπτάκλινος, ὥςπερ καὶ νῦν τῷδε τῷ παιδὶ ἤρκεσε τόδε τὸ οἴκημα ἐνιδρῶσαι, καὶ χειμῶνος μὲν ἐν στέγῃ
19 γυμνάσομαι, ὅταν δὲ ἄγαν καῦμα ᾖ, ἐν σκιᾷ; ἢ τόδε γελᾶτε εἰ μείζω τοῦ καιροῦ τὴν γαστέρα ἔχων μετριω-

---

notavit: Quod vero V. et S. significarunt, *omnibus* barbaris, si mares nudarentur, turpe visum, in eo nimii fuerunt: *de plerisque* verum fuit. Recte Plato Politic. V. p. 452. C. *haud multum*, inquit, *temporis praeteriit*, ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ καὶ γελοῖα, ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι. Adiunge Philostrati lib. I. Icon. c. 30. p. 808. γλουτὸν καὶ στέρνα καὶ ὅσα περὶ γυμνοῦ τοῦ Πέλοπος ἐλέχθη ἄν, καλύπτει ἡ γραφή. Λυδοὶ γὰρ καὶ οἱ ἄνω βάρβαροι καθείρξαντες ἐς τοιάςδε ἐσθῆτας τὸ κάλλος, λαμπρύνονται τοιοῖςδε ὑφάσμασιν, ἐνὸν λαμπρύνεσθαι τῇ φύσει.

οἶκος ἑπτάκλινος] *triclinium septem capiens lectos.* Plutarch. de tuenda sanit. c. 15. ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔλεγεν ὅτι τῷ κινοῦντι δι' ὀρχήσεως αὑτὸν ἑπτάκλινος οἶκος ἱκανός ἐστιν ἐγγυμνάζεσθαι. Taxabant autem Graeci conclavis magnitudinem et ambitum lectorum numero. Oecon. VIII, 13. καὶ ὅσα λέγω πάντα οὐκ ἐν πολλῷ τινι μείζονι χώρᾳ ἔκειτο ἢ ἐν δεκακλίνῳ στέγῃ συμμέτρῳ. Plutarch. Symposiac. V, 5, 2. ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ πλούσιοι νεανιεύονται κατασκευάζοντες οἴκους τριακοντακλίνους καὶ μείζους· ἄμικτων γὰρ αὕτη καὶ ἀφίλων δείπνων ἡ παρασκευή.

ὥςπερ καί] De adiecto καί cf. ad §. 6.

οἴκημα] ὁ ἀνδρὼν ἔνθα τὸ δεῖπνον ἦν.

ἐνιδρῶσαι] *ad sudandum*, eleganter pro *ad saltandum*. *Zeun.* Nam ad sudorem usque exercendum esse corpus Xenophon multis locis e sua et Socratis persona ostendit. *Weiske.*

ἄγαν καῦμα] Adverbium ἄγαν adiectivi vice fungitur. V. ad Apomn. III, 13, 3.

19. ἢ τόδε γελᾶτε] §. 18. erat ἢ ἐπ' ἐκείνῳ γελᾶτε. Sic persaepe accusativus pronominum neutrius generis tum apud Graecos tum apud Romanos scriptores cum verbis affectuum ad indicandam causam unde oriatur affectus aliquis iungitur. Anab. III, 2, 20. εἰ δὲ δὴ τοῦτο ἄχθεσθε. Cic. de Finn. 1, 19. Dolores nunquam vim tantam habent, ut non plus habeat sapiens quod gaudeat, quam quod angatur, ubi v. Bremi. Cf. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 473. E. Idem usus in verbis *eundi* obtinet in utraque lingua. De sequente εἰ v. ad §. 17.

60 *Πάνυ μὲν οὖν. ὁ δ' εἰπὼν ὅτι καὶ τοῦτο ὁμολογεῖται ἔφη, Εἰ δέ τις καὶ ὅλῃ τῇ πόλει ἀρέσκοντας δύναιτο ἀποδεικνύναι, οὐχ οὗτος παντελῶς ἂν ἤδη ἀγαθὸς μαστροπὸς εἴη; Σαφῶς γε νὴ Δία, πάντες εἶπον. Οὐκοῦν εἴ τις τοιούτους δύναιτο ἐξεργάζεσθαι ὧν προστα-*

---

59. *ἐσχίσθησαν*] h. e. *non*, ut antea, *eadem dixerunt.* Pars enim convivarum ad disiunctionem in Socratis interrogatione expressam attendentes, recte verbis *δῆλον ὅτι ὅςτις πλείστοις* respondent, absurde reliquis istud *πάνυ μὲν οὖν* repetentibus. Quum vero utrique responso suo declarassent se assentiri Socrati, haud difficile est ad intelligendum, quomodo hic dicere potuerit: *ὅτι καὶ τοῦτο ὁμολογεῖται* (§. 60.), quae ipsa verba interrogative prolata existimat Finckhius, sic ea convertens: Auch diefs bejaht ihr? Sed neque *ὅτι* interrogationi ita praefigitur, neque consuetudo est Socratis prius novi quidquam interrogandi quam ad ante prolatam interrogationem sit responsum. Eadem sententiae conformatio est Anab. III, 4, 42. *εἰπὼν ὁ Ξενοφῶν ὅτι νεώτερός ἐστιν, αἱρεῖται πορεύεσθαι.*

60. *ἔφη*] non solum interponitur, sed etiam praefigitur orationi rectae. Cf. VI, 5. VIII, 6. et ad Apomn. II, 2, 7.

παντελῶς ἂν ἤδη] „Subinde particula *ἤδη* videtur maiorem quandam vim addere orationi adeoque respondere latinae particulae *etiam* cum emphasi quadam pronunciatae. *Schweighaeus.* Lex. Herodot. P. I. p. 312." Potest autem oratio sic resolvi: *οὐχ οὗτος οὐ μόνον ἀγαθὸς ἂν εἴη μαστροπός, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀγαθός;* Apolog. §. 18. *εἴ γε μὴν ὅσα εἴρηκα περὶ ἐμαυτοῦ μηδεὶς δύναιτ' ἂν ἐξελέγξαι με ὡς ψεύδομαι, πῶς οὐκ ἂν ἤδη δικαίως .... ἐπαινοίμην* h. e. *πῶς οὐκ ἂν οὐ μόνον ἐπαινοίμην, ἀλλὰ καὶ δικαίως ἐπ.* Cf. Agesil. V, 4. *τὸ μὲν γὰρ ὧν μὴ ἐπεθύμησεν ἀπέχεσθαι, ἀνθρώπινον ἄν τις φαίη εἶναι· τὸ δὲ ..... διαμάχεσθαι ἀνὰ κράτος τῷ μὴ φιληθῆναι, ἆρ' οὐ τοῦτό γε ἤδη τὸ σωφρόνημα καὶ λίαν γεννικόν;*

σαφῶς γε νὴ Δία] Plerumque quidem *γέ* cum eo vocabulo, cui appositum est, postponitur iurandi formulae, veluti §. 53. *ναὶ μὰ Δί', ἔφη, παντάπασί γε.* §. 54. *νὴ Δί', ὅλας γε καὶ πάσας νύκτας.* ibid. *νὴ τὴν Ἥραν, ἔφη ὁ Σωκράτης, εὐτύχημά γέ σου μέγα.* et quos ad I, 15. indicavimus locos; sed tamen nulla est causa, cur alter ordo improbetur.

τοιούτους] int. *οἷοι ὅλῃ τῇ πόλει ἀρέσκειν.*

ὧν προστατοίη] Quum optativus indicet rem in sola cogitatione positam, saepissime legitur in enuntiationibus relativis

τοίη, δικαίως ἂν μέγα φρονοίη ἐπὶ τῇ τέχνῃ καὶ δικαίως ἂν πολὺν μισθὸν λαμβάνοι; ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα πάντες 61 συνωμολόγουν, Τοιοῦτος μέντοι, ἔφη, μοι δοκεῖ Ἀντισθένης εἶναι οὗτος. καὶ ὁ Ἀντισθένης, Ἐμοί, ἔφη, παραδίδως, ὦ Σώκρατες, τὴν τέχνην; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη. ὁρῶ γάρ σε καὶ τὴν ἀκόλουθον ταύτης πάνυ ἐξειρ-

---

§. 61. ἐμοὶ παραδίδως, ἔφη] A B.

---

quas praecedit enuntiatio hypothetica per eundem modum expressa.

δικαίως ἂν - καὶ δικαίως ἂν] De industria scriptor copulam videtur addidisse, ne anaphorâ ἀσυνδέτῳ oratio iusto vehementior redderetur. Quantam enim tale ἀσύνδετον vim habeat ac gravitatem cognosces ex Anab. III, 2, 4. αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δοὺς, αὐτὸς ἐξαπατήσας συνέλαβε τοὺς στρατηγούς. Cf. ibid. III, 4, 46. VII, 1, 21.

61. τοιοῦτος - μοι δοκεῖ Ἀντισθένης] Hunc locum respexit Diog. Laërt. in Antisthene VI, 8 τοῦτον μόνον ἐκ πάντων Σωκρατικῶν Θεόπομπος ἐπαινεῖ. καί φησι δεινόν τε εἶναι καὶ δι' ὁμιλίας ἐμμελοῦς ὑπαγαγέσθαι πάνθ' ὁντινοῦν. δῆλον δ' ἐκ τῶν συγγραμμάτων κἀκ τοῦ Ξενοφῶντος συμποσίου. et Plutarch. Quaest. Symposiac. II, 1, 6. ἀντίστροφον οὖν ἔοικε γένος εἶναι εἰρωνείας τὸ περὶ τοὺς ἐπαίνους· ᾧ καὶ Σωκράτης ἐχρήσατο, τὸ Ἀντισθένους τὸ φιλοποιὸν καὶ συναγωγὸν ἀνθρώπων εἰς εὔνοιαν μαστροπείαν καὶ συναγωγίαν καὶ ἀγωγίαν ὀνομάσας, quem locum vitiosum sic corrigit L. Dindorf.: ᾧ καὶ Σ. ἐχρήσατο, Ἀντισθένους τ. φ. — μαστροπείαν καὶ προαγωγείαν ὀνομάσας.

ὁρῶ γὰρ - ἐξειργασμένον] *nam te video etiam in huius pedisequa probe exercitum esse.* Leuncl. τό τινος ἀκόλουθον translate dicitur *id quod ex aliqua re vel sequitur vel cum ea coniunctum eique congruum est.* Cf. Oecon. III, 2. XI, 12. Plato Phaedo. p. 111. C. Intelligit autem Socrates προαγωγείαν, de qua v. paullo post. — ἐξειργασμένον active est positum, ut sit idem fere quod ἐκπεπονηκότα, ἐπιστάμενον. De dictione τέχνην ἐξεργάζεσθαι cf. Plato Apolog. p. 22. D. διὰ τὸ τὴν τέχνην καλῶς ἐξεργάζεσθαι ἕκαστος ἠξίου καὶ τἆλλα τὰ μέγιστα σοφώτατος εἶναι. Praeteritum passivi habes Cyrop. VIII, 2, 5. ὥσπερ γὰρ καὶ ἄλλαι τέχναι διαφερόντως ... ἐξειργασμέναι εἰσί. Similiter infra V, 4. εὖ εἰργασμένα. Cf. Matth. §. 493. d. extr. Contra ea est §. 62. τοιοῦτον εἰργασμένῳ.

62 γασμένον. Τίνα ταύτην; Τὴν προαγωγείαν, ἔφη. καὶ ὃς μάλα ἀχθεσθεὶς ἐπήρετο, Καὶ τί μοι σύνοισθα, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον εἰργασμένῳ; Οἶδα μέν, ἔφη, σε Καλλίαν τουτονὶ προαγωγεύσαντα τῷ σοφῷ Προδίκῳ, ὅτε ἑώρας τοῦτον μὲν φιλοσοφίας ἐρῶντα, ἐκεῖνον δὲ χρημάτων δεόμενον· οἶδα δέ σε Ἱππίᾳ τῷ Ἠλείῳ, παρ'

τίνα ταύτην] h. e. τίς ἐστιν αὕτη ἡ τέχνη, ἣν λέγεις τῆς μαστροπείας ἀκόλουθον.

62. *μάλα ἀχθεσθείς*] Cum omnium assensu et una voce comprobata essent ea, quae Socrates primum constituenda putarat ad declarandam summam lenonis artem, cumque praeter exspectationem iam nominasset et demonstrasset Antisthenem, cui illa laus conveniret, hic se iam omnes habere adversarios, omnium sententiis se condemnatum illius flagitii nomine videbat, ut, si vel maxime ioco haec fierent, tamen non posset non aegre ferre, tam improviso omnium risui se exponi. Sed apparet, Socratem non plane ludere, verum callide laudem cum vituperatione coniungere. Nam haud dubie reprehendit Antisthenem, quod Protagoram et Hippiam Calliae commendaverat. *Weisk.* in Addend. in Vol. V. p. 452 sq. Quo magis appareat, cur Antisthenes lenocinii ab Socrate incusatus tanta ira exardescat, apponere locum placet Aeschinis in Timarch. p. 196. A. ed. Wolf. καὶ τοὺς προαγωγοὺς γράφεσθαι κελεύει (Solo), κἂν ἁλῶσι θανάτῳ ζημιοῦν, ὅτι τῶν ἐξαμαρτάνειν ἐπιθυμούντων ὀκνούντων καὶ αἰσχυνομένων ἀλλήλοις ἐντυγχάνειν αὐτοὶ τὴν αὐτῶν ἀναίδειαν παρασχόντες ἐπὶ μισθῷ, τὸ πρᾶγμα εἰς διάπειραν καὶ λόγον κατέστησαν. *Bornem.* Cf. *Meier.* in libro qui inscribitur, der Attische Prozeſs, p. 332 sq. et *Heffter:* die Athenäische Gerichtsverfassung, p. 172. extr.

καὶ τί μοι σύνοισθα - εἰργασμένῳ] *ecquid tale nosti me commisisse. Zeun.* V. ad Apomn. II, 7, 1. et quos locos congessit Stallbaum. ad Platon. Sympos. p. 193. E. — Quid sibi velit καί enuntiationi interrogativae praefixum docet Matth. §. 620. c.

προαγωγεύσαντα] Animadvertant eloquentiae studiosi allegoriam sive metaphorae a lenocinio sumptae continuationem. Aliam allegoriam ab incantationibus petitam vid. Memor. Socr. II, 6, 11; aliam a venatione arcessitam ibid. III, 11, 7. *Zeun.*

χρημάτων δεόμενον] Acerbe hoc dictum esse et cum irrisione sophistae doctrinam suam pecunia vendentis quivis sentit lector. Sed Callias quoque perstringitur, quippe quem bene sciret Socrates non vero sapientiae amore ductum, sed merae ostentationis causa sophistis operam dare.

Ἱππίᾳ τῷ Ἠλείῳ] V. ad Apomn. IV, 4, 5.

οὗ οὗτος καὶ τὸ μνημονικὸν ἔμαθεν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐρωτικώτερος γεγένηται διὰ τὸ ὅ, τι ἂν καλὸν ἴδῃ μηδέποτε ἐπιλανθάνεσθαι. ἔναγχος δὲ δήπου καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπαι- 63 νῶν τὸν Ἡρακλεώτην ξένον, ἐπεί με ἐποίησας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ, συνέστησάς μοι αὐτόν. καὶ χάριν μέντοι σοι ἔχω· πάνυ γὰρ καλὸς κἀγαθὸς δοκεῖ μοι εἶναι. Αἰσχύλον δὲ τὸν Φλιάσιον πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν καὶ ἐμὲ πρὸς ἐκεῖνον οὐχ οὕτω διέθηκας ὥςτε διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἐρῶντες ἐκυνοδρομοῦμεν ἀλλήλους ζητοῦντες;

τὸ μνημονικόν] Plato Hipp. Mai. p. 285. E. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐνενόησα ὅτι τὸ μνημονικὸν ἔχεις. Additur τέχνημα Hipp. Min. p. 368. D. καίτοι τό γε μνημονικὸν ἐπελαθόμην σου, ὡς ἔοικε, τέχνημα, ἐν ᾧ σὺ οἴει λαμπρότατος εἶναι. De arte memoriae, quam non Simonides, sed Hippias videtur invenisse, cf. Quintil. XI, 2, 11—27. Cic. de Orat. I, 39. II, 86—88. ad Herenn. III, 16. 24. Plin. Nat. Hist. VII, 24. Phaedr. IV, 24. Georg. Trapez. Rhet. IV. p. 57. sq. ed. Ald. Muret. Var. Lectt. III, 1.

63. τὸν Ἡρακλεώτην ξένον] Zeuxippum pictorem interpretatur Bach. ex Platonis Protagora p. 318. B. ubi est: τούτου τοῦ νεανίσκου τοῦ νῦν (Ol. 90, 1.) ἐπιδημοῦντος νεωστί, Ζευξίππου τοῦ Ἡρακλεώτου. Pictor is fuit, quem tamen nemo scriptorum veterum celebravit. Eodem vero tempore Zeuxis indidem Heracleotes pictor vixit, quem omnes celebrarunt, ipse etiam Socrates in Memorab. I, 4, 6. et Oecon. X, 1. Plinius autem XXXV, 36. Zeuxin ait a quibusdam celebratum iam fuisse Olympiade 89, qua ipsa exeunte Zeuxippus Athenis adfuit. *Schneid.*

συνέστησάς μοι αὐτόν] *perduxisti et conciliasti mihi eum.* Cf. ad Apomn. I, 6, 14. et Interpretes ad Oecon. III, 14.

Αἰσχύλον] Aeschylus hic diversus a tragico est mortuo Olymp. 81, 1, testante scholio ad Aristoph. Acharn. versu 10. *Schneider.*

ἐκυνοδρομοῦμεν] proprie dicitur de venatoribus qui una cum canibus persequuntur feram. Cf. Cynegetic. VI, 17. 18. 22. Pollux V, 10. ut synonyma posuit διώκειν, μεταθεῖν, κυνοδρομεῖν, ἐφέπεσθαι κατὰ πόδας. Finckhius interpretatur: „*dafs wir einander nachliefen wie der Jäger dem Wilde.*" Non capio Bornemannum qui postquam imaginem dixit a *canibus* derivatam esse *alios canes per plateas investigantibus*, nostris illam auribus non aeque et Graecis ferendam, haec addit: Amat enim Xenophon loquendi formulas *e re venatica* petitas.

64 ταῦτα οὖν ὁρῶν δυνάμενόν σε ποιεῖν ἀγαθὸν νομίζω προαγωγὸν εἶναι. ὁ γὰρ οἷός τε ὢν γιγνώσκειν τε τοὺς ὠφελίμους αὑτοῖς καὶ τούτους δυνάμενος ποιεῖν ἐπιθυμεῖν ἀλλήλων, οὗτος ἄν μοι δοκεῖ καὶ πόλεις δύνασθαι φίλας ποιεῖν καὶ γάμους ἐπιτηδείους συνάγειν, καὶ πολλοῦ ἂν ἄξιος εἶναι καὶ πόλεσι καὶ φίλοις καὶ συμμάχοις

§. 64. ταῦτα μὲν οὖν] c b h. — ὠφελίμους αὑτοῖς] Ita iam Leunclavius. Libri αὐτῷ vel αὐτῷ. — φιλίας] A., quod recepit Bornem.

64. ὠφελίμους αὑτοῖς] h. e. ὠφ. ἀλλήλοις. In sequentibus est ἐπιθυμεῖν ἀλλήλων. Cf. Matth. §. 489. III. et ad Apomn. II, 6, 20.

γάμους ἐπιτηδείους] Cf. ad Apomn. II, 6, 36.

φίλοις καὶ συμμάχοις] Coniectura Bachii audacter corrigi iubentis φίλους καὶ συμμάχους est inutilis et vim infert orationi Xenophonteae. Certe, si scriptor hoc voluisset, scribere debebat ἄξιος εἶναι πόλεσι φίλους τε καὶ συμμάχους κτᾶσθαι. Sed vulgata salva sunt et exquisite dicta. Sensus enim est: *illius possessio plurimi facienda esse videtur civitatibus, amicis et sociis.* Idem dicendi modus occurrit Cyrop. III, 1, 16. εἰ τοὺς σαυτοῦ κατακαίνοις, ὁπότε σοι πλείστου ἄξιοι εἶεν κεκτῆσθαι, *si occideris tuos, cum horum possessio sit plurimi tibi facienda.* *Zeun.* Cf. Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 238. A. et Krueger. Ind. ad Dionys. v. κτᾶσθαι. p. 497. Sed ut orationis conformatio bene habet, ita in iunctura verborum πόλεσι, φίλοις, συμμάχοις fortasse est quod haereas. Finckhius coniecit καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις φίλος καὶ σύμμαχος κεκτῆσθαι, „*und ihn zum Freunde und Bundesgenossen zu besitzen, mufs für Staaten wie für Einzelne das gröſste Glück seyn.*" Idem confert Hellenic. III, 5, 14. ἄξιοι πολλοῦ σύμμαχοι ἐκείνοις ἐσμέν, atque observat Xenophontem coniungere solere φίλοι καὶ σύμμαχοι aut πόλις καὶ φίλοι, neque vero aut πόλεις καὶ φίλοι aut καὶ πόλεις καὶ φίλοι καὶ σύμμαχοι, quae postrema omni sensu dicit plane destituta esse. Contra ea ἰδιῶται et πόλεις numero plurali sibi opponi Apomn. II, 6, neque difficile esse intellectu, quum semel scriptura φίλοις καὶ συμμάχοις invecta fuerit, quomodo voc. ἰδιώταις potuerit excidere. Equidem nihil mutandum censeo. Eadem verba iuncta leguntur apud Euripidem Phoenissis v. 535. *Matth.* κεῖνο κάλλιον, τέκνον, | ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις | πόλεις τε πόλεσι συμμάχους τε συμμάχοις, ξυνδεῖ.

κεκτῆσθαι. σὺ δὲ ὡς κακῶς ἀκούσας ὅτι ἀγαθόν σε ἔφην προαγωγὸν εἶναι ὠργίσθης. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη, οὐ νῦν. ἐὰν γὰρ ταῦτα δύνωμαι, σεσαγμένος δὴ παντάπασι πλούτου τὴν ψυχὴν ἔσομαι. καὶ αὕτη μὲν δὴ ἡ περίοδος τῶν λόγων ἀπετελέσθη.

V. Ὁ δὲ Καλλίας ἔφη, Σὺ δὲ δή, ὦ Κριτόβουλε, 1 εἰς τὸν περὶ τοῦ κάλλους ἀγῶνα πρὸς Σωκράτην οὐκ ἀνθίστασαι; Νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, ἴσως γὰρ εὐδοκιμοῦντα τὸν μαστροπὸν παρὰ τοῖς κριταῖς ὁρᾷ. Ἀλλ' 2 ὅμως, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, οὐκ ἀναδύομαι· ἀλλὰ δίδασκε, εἴ τι ἔχεις σοφόν, ὡς καλλίων εἶ ἐμοῦ. μόνον, ἔφη, τὸν λαμπτῆρα ἐγγὺς προσενεγκάτω. Εἰς

σὺ δέ] Stephanus σὺ δέ μοι, Sed μοί etiam in A B omissum. — ἐὰν μέν] Bachiana et Weiskiana. ἐὰν μὲν γάρ B. Vulgatum ἐὰν γάρ tuetur A.

§. 1. Καλλίας ἔφη] A B. Legebatur K. εἶπε. — περὶ κάλλους] B. Male! Respicitur hic ad IV. 19 sq. Aliter comparatus est locus I, 8, ubi vide annot. — §. 2. μόνον προσενεγκάτω] Critobulo tribuit cum Schaefero Dindorfius. Recte. Vide annot.

ὡς κακῶς ἀκούσας] κακῶς ἀκούειν plerumque ut latinum *male audire* usurpatur; sed hoc loco sensu primario positum significat *convicia audire s. pati.* Cf. De Rep. Ath. II, 18. κωμῳδεῖν οὐκ ἐῶσιν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς. Plato Crit. p. 50. E. οὔτε κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν κ. τ. λ.

σεσαγμένος - πλούτου] *abundans opibus.* Oec. VIII, 8. τριήρης δέ τοι ἡ σεσαγμένη ἀνθρώπων.

Cap. V.

1. Νὴ Δί'] Repete οὐκ ἀνθίσταται. Vide Matth. Gr. ampl. §. 606. et ad Apomn. II, 7, 4. a nobis annotata.

τὸν μαστροπόν] *qui ut aliorum hominum, ita horum iudicum, qui per se non videntur abhorrere a lenone, benevolentiam sibi captat.* Zeun.

κριταῖς] Cf. IV, 20.

2. προσενεγκάτω] De omisso subiecto v. Matth. §. 294. Buttm. §. 116, 9. et n. 6. Cf. etiam supra II, 21. „Quod vero

ἀνάκρισιν τοίνυν σε, ἔφη, πρῶτον τῆς δίκης καλοῦμαι·
3 ἀλλ' ἀποκρίνου. Σὺ δέ γε ἐρώτα. Πότερον οὖν ἐν ἀν-
θρώπῳ μόνον νομίζεις τὸ καλὸν εἶναι ἢ καὶ ἐν ἄλλῳ τινί;
Ἐγὼ μὲν ναὶ μὰ Δί', ἔφη, καὶ ἐν ἵππῳ καὶ βοΐ καὶ ἐν
ἀψύχοις πολλοῖς. οἶδα γοῦν οὖσαν καὶ ἀσπίδα καλὴν καὶ
4 ξίφος καὶ δόρυ. Καὶ πῶς, ἔφη, οἷόν τε ταῦτα μηδὲν
ὅμοια ὄντα ἀλλήλοις πάντα καλὰ εἶναι; Ἢν νὴ Δί',
ἔφη, πρὸς τὰ ἔργα ὧν ἕνεκα ἕκαστα κτώμεθα εὖ εἰρ-
γασμένα ᾖ ἢ εὖ πεφυκότα πρὸς ἃ ἂν δεώμεθα, καὶ

---

nihil Weiskio in mentem venit, quod cum specie veri proferri posse putaret, cur Socrates lucernam propius admoveri iubeat, miror. Ad partes enim singulas oris et faciei percensendas, comparandas et iudicandas luce clariore opus esse censebat in faceto iudicio. Hinc lucernae lumen propius admovetur. Deinde lucerna admovetur ad Critobulum §. 9. ὡς μὴ ἐξαπατηθείησαν οἱ κριταί. ubi male Weiskius caveri putat ita, ne quid ad iudices corrumpendos moliatur adversarius. Sed ἐξαπατᾶν non est corrumpere." *Schneider.* Si vir doctissimus ad verba ἀντιπροσενεγκεῖν τῷ Κριτοβούλῳ, quae leguntur §. 9. satis attendisset, non tribuisset Socrati quae sunt Critobuli. Hic videlicet lucernam afferri iubet ad *Socratis* faciem percensendam. Cf. etiam §. 8, ubi idem Critobulus: ἀλλὰ διαφερόντως — μόνον, ἔφη, κρυφῇ φερ., plane ut nostro in loco.

ἀνάκρισιν] Harpocrat. ἀνάκρισις· ἐξέτασις ὑφ' ἑκάστης ἀρχῆς γινομένη πρὸ τῶν δικῶν περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. ἐξετάζουσι δὲ καὶ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή. Hinc recte Weiskius: „ἀνάκρισις proprie iudicis est, qui ex actore plura quaerit: num testes habeat, num iureiurando confirmare factum possit, in quo causa vertitur; annon ex ipsius parte aliquid obstet iudicio, et similia. Iudicis igitur personam sibi arrogat Socrates." Cf. *Meierus*: Der Attische Prozeſs, p. 622. et *Heffter*: Die athen. Gerichtsverfassung p. 287.

ἀλλ' ἀποκρίνου] Addit haec Socrates, iudice Weiskio, quasi causae suae fidens et ut terrorem quendam incutiat adversario.

3. *σύ δέ γε*] V. ad IV, 13.

τὸ καλόν] Simili modo de pulchro quaeritur Apomn. III, 8, 5 sqq. et IV, 6, 9.

4. *Καὶ πῶς κ. τ. λ.*] „De hoc loco vid. Galenus De usu partium vol. III. p. 25. *Kuehn.*, Macrobius Saturn. VII, 3." *Dindorf.*

ταῦτ', ἔφη ὁ Κριτόβουλος, καλά. Οἶσθα οὖν, ἔφη, 5
ὀφθαλμῶν τίνος ἕνεκα δεόμεθα; Δῆλον, ἔφη, ὅτι τοῦ ὁρᾶν. Οὕτω μὲν τοίνυν ἤδη οἱ ἐμοὶ ὀφθαλμοὶ καλλίονες ἂν τῶν σῶν εἴησαν. Πῶς δή; Ὅτι οἱ μὲν σοὶ τὸ κατ' εὐθὺ μόνον ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ καὶ τὸ ἐκ πλαγίου διὰ τὸ ἐπιπόλαιοι εἶναι. Λέγεις σύ, ἔφη, καρκίνον εὐοφθαλμότατον εἶναι τῶν ζώων; Πάντως δήπου, ἔφη· ἐπεὶ καὶ πρὸς ἰσχὺν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄριστα πεφυκότας ἔχει. Εἶεν, ἔφη· τῶν δὲ ῥινῶν ποτέρα καλλίων, ἡ σὴ 6
ἢ ἡ ἐμή; Ἐγὼ μέν, ἔφη, οἶμαι τὴν ἐμήν, εἴπερ γε

§. 5. τὸ κατ' εὐθύ] Bornemannus excitato Lobeckio ad Phrynich. p. 145. Vulgo τὸ κατευθύ. Statim post a b τὸ ἐκπλαγίου.

5. τοῦ ὁρᾶν] Reticetur fere ἕνεκα posteaquam semel positum fuit. Cf. Apomn. III, 3, 1. ὅτου ἕνεκα ἐπεθύμησας ἱππαρχεῖν; οὐ γὰρ δὴ τοῦ πρῶτος τῶν ἱππέων ἐλαύνειν. — Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ γνωσθῆναί γε.

εἴησαν] De hac forma v. ad Apomn. I, 4, 19.

ἐπιπόλαιοι] De re equestri I, 9. καὶ μὴν τὸ ἐξόφθαλμον εἶναι ἐγρηγορὸς μᾶλλον φαίνεται τοῦ κοιλοφθάλμου, καὶ ἐπὶ πλεῖον δ' ἂν ὁ τοιοῦτος (sc. ἵππος) ὁρῴη. Theodorus de Theaeteto adolescente in cognomine *Platonis* dialogo p. 143. E. νῦν δέ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ ἔστι καλός, προσέοικε δὲ σοὶ (Socrati) τήν τε σιμότητα καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων. Ibid. p. 209. C. legimus τὸν σιμόν τε καὶ ἐξόφθαλμον.

πρὸς ἰσχυν - πεφυκότας] *ad firmitatem ac robur natura comparatos.* Parum aut nihil ad ioci sensum differret, si oratio sic immutaretur: ἐπεὶ καὶ ἰσχυροτάτους τοὺς ὀφθαλμοὺς πέφυκεν ἔχων. Cf. De Re equestri I, 7. μηροί γε μέντοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὠμοπλάταις ἢν παχεῖς ὦσιν, ἰσχυρότεροί τε καὶ εὐπρεπέστεροι. καὶ μὴν στέρνα πλατύτερα ὄντα καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ἰσχυν ... εὐφυέστερα. Duros habere cancrum oculos ut pleraque omnia insecta vel anulata animalia annotavit Schneiderus.

6. ἡ σὴ ἢ ἡ ἐμή] Ad haec verba attendere velim fastidiosos cacophoniae osores.

εἴπερ γε] *wenigstens wenn anders.* Cf. ad Apomn. I, 4, 4. et quae de differentia particularum εἴπερ et εἴγε disputavit Hermann. ad Viger. p. 834.

τοῦ ὀσφραίνεσθαι ἕνεκεν ἐποίησαν ἡμῖν ῥῖνας οἱ θεοί. οἱ μὲν γάρ σοὶ μυκτῆρες εἰς γῆν ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ ἀναπέπτανται, ὥςτε τὰς πάντοθεν ὀσμὰς προςδέχεσθαι. Τὸ δὲ δὴ σιμὸν τῆς ῥινὸς πῶς τοῦ ὀρθοῦ κάλλιον; Ὅτι, ἔφη, οὐκ ἀντιφράττει, ἀλλ' ἐᾷ εὐθὺς τὰς ὄψεις ὁρᾷν ἃ ἂν βούλωνται· ἡ δὲ ὑψηλὴ ῥὶς ὥςπερ ἐπηρεάζουσα
7 διατετείχικε τὰ ὄμματα. Τοῦ γε μὴν στόματος, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, ὑφίεμαι. εἰ γὰρ τοῦ ἀποδάκνειν ἕνεκα πεποίηται, πολὺ ἂν σὺ μεῖζον ἢ ἐγὼ ἀποδάκοις. διὰ δὲ τὸ παχέα ἔχειν τὰ χείλη οὐκ οἴει καὶ μαλακώτερόν σου

---

§. 6. ἀλλ' ἐᾷ εὐθὺς] ABE. Olim legebatur ἀλλ' εὐθὺς ἐᾷ. — §. 7. ἀποδάκνοις] E.

ἀναπέπτανται] Patulae nares opponuntur angustis in libello de re equestri I, 9. καὶ μυκτῆρές γε ἀναπεπταμένοι τῶν συμπεπτωκότων εὐπνοώτεροι. Apomn. II, 1, 22. commemorantur ὄμματα ἀναπεπταμένα.

7. εἰ - πεποίηται - ἂν - ἀποδάκοις] De hac orationis conformatione vide ad IV, 10.

διὰ δὲ - τὸ φίλημα] „Multum ab faceti loci sensu, opinor, aberraverit, qui haec verba Critobuli et quae sequuntur Ἔοικα - ἔχειν Socratis esse existimet, quum nec crassa labia in pulchritudinis signis numerasse Graeci videantur (vide Winckelmanns Werke T. IV. p. 206 sq. et 405) et Socrates hoc loco non modo nullam corpori suo deformitatem, sed summam venustatem adscribat." *Bornemannus.* Idem pro enclitico σου scribendum putavit σοῦ, ut plena oratio esset οὐκ οἴει τὸ ἐμὸν φίλημα μαλ. ἐχ. τοῦ σοῦ φιλήματος, aut τὸ φίλημά μου μαλ. ἔχ. ἢ τὸ φιλ. σοῦ. Insignis est error ac multiplex, in quem incidit vir doctissimus. Atque etiam Finckhius a vero aberravit sic interpretatus hunc locum: *Socr. Und glaubst du nicht, weil meine Lippen dicker sind, dafs auch mein Kufs weit sanfter ist als der deinige? — Critob. Wenn man dich hört, möchte man meinen, mein Mund sey noch häfslicher als bei einem Esel. — Socr. Und hältst du jenes für keinen Beweis* et quae sequuntur. Mirum sane quomodo Editores atque Interpretes plerosque omnes fugere potuerit, verba διὰ δὲ - φίλημα esse Critobuli sic fere in Latinum sermonem convertenda: *quia autem crassa habes labra, nonne etiam osculum tuum putas esse mollius?* Hanc interpretationem flagitant rationes gramma-

ἔχειν τὸ φίλημα; Ἔοικα, ἔφη, ἐγὼ κατὰ τὸν σὸν λόγον καὶ τῶν ὄνων αἴσχιον τὸ στόμα ἔχειν. ἐκεῖνο δὲ οὐδὲν τεκμήριον λογίζῃ ὡς ἐγὼ σοῦ καλλίων εἰμί, ὅτι καὶ Ναΐδες θεαὶ οὖσαι τοὺς Σειληνοὺς ἐμοὶ ὁμοιοτέρους τίκτουσιν ἢ σοί; καὶ ὁ Κριτόβουλος, Οὐκέτι, ἔφη, ἔχω 8 πρός σε ἀντιλέγειν, ἀλλὰ διαφερόντων, ἔφη, τὰς ψή-

---

ticae, flagitat sensus. Videlicet Critobulus, quum antea Socratem *vitia* oris iactantem audivisset, *ridens* iam ex eo quaerit, num etiam propter labrorum crassitudinem mollius se osculum habere putet. *μαλακώτερον ἔχειν*, *mollius se habere*, est pro *μαλακώτερον εἶναι*, *mollius esse*. Vid. Matth. §. 612. extr. Pronomen σου substantivo suo praepositum simul *Dativi Commodi* vicibus fungitur. Vide ad IV, 50. Ad infinitivum ἔχειν in verbis διὰ δὲ τὸ παχέα ἔχειν τὰ χείλη idem esse subiectum intelligendum quod in verbo finito οἴει apparet, ne tirones quidem ignorare decet. Minus hi fortasse adverterint non moniti, ei personarum distributioni quam post Bornemannum aliosque instituit Finckhius repugnare etiam bis omissum ἔφη, quod ut par est inferri solet, ubi loquentem nova excipit persona.

κατὰ τὸν σὸν λόγον] Interponitur fere γέ, velut Oecon. I, 12. οὐδὲ πωλούμενοί εἰσι χρήματα κατά γε τὸν σὸν λόγον. 15. καὶ οἱ ἐχθροὶ ἄρα κατά γε τὸν σὸν λόγον χρήματά εἰσι. Cyrop. III, 1, 15. κολαστέον ἄρ' ἂν εἴη κατά γε τὸν σὸν λόγον τὸν πατέρα. Lucian. Cynic. 12. κινδυνεύουσιν οἱ θεοὶ καὶ τῶν θηρίων εἶναι χείρονες κατά γε τὸν σὸν λόγον. Plato Gorg. p. 471. A. ἐδούλευεν ἂν Ἀλκέτῃ καὶ ἦν εὐδαίμων κατά γε τὸν σὸν λόγον. ubi tamen non pauci codd. γέ omittunt. Apol. p. 28. C. φαῦλοι γὰρ ἂν τῷ γε σῷ λόγῳ εἶεν. Aliter res habet ubi κατὰ τὸν σὸν λόγον est *ex tuis praeceptis*, ut Cyrop. I, 6, 3. ὅσον δύναμαι κατὰ τὸν σὸν λόγον διατελέσω ἐπιμελούμενος.

Ναΐδες] Ovid. Pont. IV, 16, 35. *Naïdas a Satyris caneret Fontanus amatas. Zeun.* Cf. Moser. ad Nonnum p. 240. et quae notavimus ad IV, 19. Diodor. Sic. III, 72. scribit Σιληνοῦ τὸ γένος ὅθεν ἦν ὑπὸ πάντων ἀγνοεῖσθαι διὰ τὴν ἀρχαιότητα.

8. πρός σε] Regula postulabat ut scriberetur πρὸς σέ, quae est scriptura Iunt. et Ald. V. Herm. de emend. rat. gr. gr. p. 74 sqq. Quum autem in vetustis libris cum antiquiorum tum recentiorum scriptorum haud raro περί μου, ἔκ μου et similia, persaepe vero πρός με reperiatur (v. Reisig. Coni. in Aristoph. p. 56. et Buttm. Gr. max. §. 72. p. 291.), nescio an Iacobsius ad Achill. Tat. p. 500. non recte dicat, ferri quidem posse πρός με, sed παρά σου, ὑπέρ σου, ὑπό σου, πρός σε, ἐπί σε et quae his sint similia procul dubio esse vitiosa. Cf. Ast. ad Theophr. Charact. p. 59.

διαφερόντων] Attice pro διαφερέτωσαν. *Zeun.* Exstat tamen haec imperativi forma iam apud Homerum et Herodotum,

φους, ἵνα ὡς τάχιστα εἰδῶ ὅ, τι με χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. μόνον, ἔφη, κρυφῇ φερόντων· δέδοικα γὰρ τὸν

§. 8. κρυφῇ] tuetur Grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 103. κρυβῇ A B a.

nec inusitata est altera terminatio apud Atticos eosdemque antiquiores. Cf. Matth. §. 198. 1. p. 356. ed. mai. Buttm. §. 93. II, 5. διαφέρειν τὰς ψήφους dicitur *de pluribus*, *qui viritim suffragia de eadem re ferunt*. Comparavit Schneiderus διαφρυκτοῦν, quod Attici dicebant pro φέρειν ψῆφον. Mox est verbum simplex φερόντων, quo loco quum nihil aliud agat Critobulus quam ut *clam*, κρυφῇ, ferantur suffragia, non opus erat repetita praepositione. Cf. etiam §. 9.

παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι] Formula solennis iudiciorum Atticorum, ubi accusator semper accusationi addebat aestimationem poenae a reo vel corpore vel pecunia luendae. *Schn.* Videlicet παθεῖν ad poenam corporis, ἀποτῖσαι ad multam refertur. Cf. *Meier.* Der Attische Prozefs p. 739 sq. et *Heraldus* Obss. ad Ius Attic. et Rom. III, 1—6. Interdum altera formulae pars supprimitur, ut Plat. De Rep. I, 11. p. 337. D. τί ἀξιοῖς παθεῖν;

κρυφῇ] calculis in urnam coniectis, non voce sententiam ferentes. *Weisk.* De tota hac ratione v. *Heffter.* Die athen. Gerichtsverfassung p. 826 sq. *Meier.* l. l. p. 720 sqq. *Schoemann.* De comitiis Atheniens. p. 126 sqq.

δέδοικα γ. τ. σ. κ. Ἀ. πλ.] i. e. δέδοικα γὰρ μὴ ὁ σὸς καὶ Ἀντισθένους πλοῦτός με καταδυναστεύσῃ. V. Matth. §. 296. Respicit autem Critobulus ad ea, quae IV, 43. leguntur, ironice vocans πλοῦτον, quem Antisthenes a Socrate se accepisse gloriabatur.

9. ἀνέφερον] h. e. ἀνὰ μέρος, ἑξῆς ἔφερον sc. τὰς ψήφους. De simili praepositionis usu in ἀναδίδοναι vide ad II, 8. Iocose hoc dictum senties: nam duo omnino erant iudices suffragia ferentes. Sic §. 10. est αἱ ψῆφοι ἐγένοντο πᾶσαι σὺν Κριτοβούλῳ, quasi res pleno iudicum consessu esset acta et iudicio legitimo. Voigtlaender. l. l. p. 10. de hoc loco sic disputat: „Finito facetissimo isto Critobulum inter et Socratem de pulchritudine certamine iam mittuntur in suffragia iudices. Qui quinam sint intelligendi, dubitatur ab interpretibus. Equidem hic mihi nunquam persuaderi patiar, iudices esse alios quam puerum illum et puellam, quos Syracusius iste homo secum adduxerat, intelligendos. Nam si quid ego Xenophontis ingenium novi, nunquam is, si omnes convivae in suffragia essent missi, scripturus fuisset: ὁ μὲν δὴ παῖς καὶ ἡ παῖς κρύφα διέφερον [imo ἡ μ. δ. π. κ. ὁ π. κ. διέφ.]. Sed cum de his ipsis verbis dubitetur, uti infra dice-

σὸν καὶ Ἀντισθένους πλοῦτον μή με καταδυναστεύσῃ. ἡ μὲν δὴ παῖς καὶ ὁ παῖς κρύφα ἀνέφερον. ὁ δὲ Σωκρά- 9

---

§. 9. ἀνέφερον] „Deleto ἀ, quod natum est ex ultima litera adverbii praegressi diductoque elemento *N* in *ΔI*, ex quibus perperam coaluit, scribe διέφερον, ut §. 8." *Schaefer.* Melett. cr. p. 94. Nemo tamen praeter ipsum Schaeferum sic edidit.

---

mus, videndum est de rationibus aliis, quibus ostendatur, solos istos duos sententiam tulisse. Iam vide mihi ea, quae IV, 20. leguntur: κρινάτω δ' ἡμᾶς μὴ Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου, ἀλλ' αὐτοὶ οὗτοι, οὕςπερ σὺ οἴει ἐπιθυμεῖν σε φιλῆσαι. Socrates igitur vult sub duobus illis iudicibus certamen institui; quodsi in ea re consilium suum mutasset, estne satis probabile, Xenophontem hoc omisisse? Sed vide V, 1. ἴσως γὰρ εὐδοκιμοῦντα τὸν μαστροπὸν παρὰ τοῖς κριταῖς ὁρᾷ. Haec non videntur nisi ad puerum et puellam commode referri posse. Tum oscula a iudicibus danda victoriae praemia victori decernuntur, cuius ioci profecto lepos omnis perit, si praeter istos, quos dixi, duos alii etiam et reliqui quidem convivae iudicum munere funguntur. Quid enim? Num tanti erat, ab Antisthene, ut hoc utar, iudice osculum accipere, ut propterea victoriae uterque studiosus esset deportandae? Sed si arbitri erant isti duo, pulcherrimus puer, venustissima puella, operae sane pretium erat victorem discedere. Tum illa, quae VI, 1. narrantur, flagitant, ut de istis solis cogitemus, haec: ἐκ δὲ τούτου οἱ μὲν τὰ νικητήρια, φιλήματα, ἀπολαμβάνειν τὸν Κριτόβουλον ἐκέλευον, οἱ δὲ τὸν κύριον πείθειν etc. Sed nonnemo mihi hic obiiciat cum Bornemanno, hac ratione non potuisse scribi §. 10. ἐπεὶ δὲ ἐξέπεσον αἱ ψῆφοι καὶ πᾶσαι ἐγένοντο σὺν Κριτοβούλῳ. — Audio. Sed quidni hanc locutionem pariter atque illas διαφέρειν et ἐκπίπτειν solennem fuisse censeamus in hac re, cum dicenda essent iudicum suffragia in unum consentire, sive pauca sive multa fuerint? Quid? quod Xenophon ioci causa his verbis usus esse videri possit? Omnino mihi quidem hoc quam maxime improbabile videtur, convivas omnes, discipulos maxima ex parte Socratis, in lepido hoc certamine suffragatos esse, quae partes nonnisi eos, quorum pulchritudine tum omnes mirifice delectabantur, videntur decere. Quae cum ita sint, non poterit vera esse lectio κρύφα ἀνέφερον, sive *colligebant* cum Weiskio [et Dindorfio] sive ea ratione explicueris, quae Bornem. arridet, mihi vero valde contorta videtur, sed scribendum erit vel διέφερον, quae est Schaeferi coniectura, vel ἔφερον." Recte V. D. vituperat Bornemannum, qui orationis variandae causa ἀναφέρειν pro φέρειν dici potuisse

της ἐν τούτῳ. διέπραττε τόν τε λύχνον ἀντιπροςενεγκεῖν τῷ Κριτοβούλῳ, ὡς μὴ ἐξαπατηθείησαν οἱ κριταί, καὶ τῷ νικήσαντι μὴ ταινίας ἀλλὰ φιλήματα ἀναδήματα παρὰ τῶν κριτῶν γενέσθαι. ἐπεὶ δὲ ἐξέπεσον αἱ ψῆφοι καὶ ἐγένοντο πᾶσαι σὺν Κριτοβούλῳ, Παπαῖ, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὐχ ὅμοιον ἔοικε τὸ σὸν ἀργύριον, ὦ Κριτόβουλε, τῷ Καλλίου εἶναι. τὸ μὲν γὰρ τούτου δικαιοτέρους ποιεῖ, τὸ δὲ σὸν ὥςπερ τὸ πλεῖστον διαφθείρειν ἱκανόν ἐστι καὶ δικαστὰς καὶ κριτάς.

διέπραττε] Cum Schaefero Dindorfius διεπράττετο, invitis libris et sententia non postulante.

---

existimat; recte etiam reprehendit Weiskium interpretantem: *singulorum calculos collectos in urna condebant.* Sed tamen non opus est Schaeferi coniectura, dummodo persuasum habeas, ἀναφέρειν esse „*der Reihe nach abstimmen*", quemadmodum supra explicuimus.

ἀντιπροςενεγκεῖν] Cf. §. 2. Post διαπράττειν et διαπράττεσθαι modo solus infinitivus modo ὥςτε cum infinitivo infertur. Plato De Rep. p. 360. A. αἰσθόμενον δὲ εὐθὺς διαπράξασθαι τῶν ἀγγέλων γενέσθαι τῶν παρὰ τὸν βασιλέα. Gorg. p. 479. A. ὃς ἂν - διαπράξηται ὥςτε μήτε νουθετεῖσθαι μήτε κολάζεσθαι.

ταινίας] Taeniae seu fasciae erant textae ex lino aut lana, quibus victorum capita solebant revinciri, ut alios illarum usus praetermittam. *Zeun.* Cf. Ruhnken. ad Timaei glossar. p. 246 sq. et Wesseling. ad Diodor. T. II. p. 238.

φιλήματα ἀναδήματα] Laudavit hunc locum Krueger. ad Dionys. Hal. De Thucyd. Iudic. XXV, 3. p. 133. φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη. ubi Schol.: τὸ σχῆμα τοῦ ὁμοιοκαταλήκτου Γοργίειον καλεῖται. Hermogenes περὶ δεινοτ. p. 28. docet omnes eas figuras orationis, quae cernuntur in similitudine verborum, τὰ ἴσα σχήματα dici.

10. ἐξέπεσον] proprium est ac solenne hoc verbum de calculis ἐξ ὑδρίας exeuntibus. De tota suffragia ferendi ratione vid. Bachmann. Anecd. Gr. Vol. II, p. 372 sq.

ὥςπερ τὸ πλεῖστον] int. ἀργύριον, *sicut plerorumque hominum pecunia*, ut recte interpretatur Weiskius.

καὶ δικαστὰς καὶ κριτάς] *et iudices et arbitros. Iudex* ex legibus iudicat de re in ius vocata, *arbiter* aequitate sive ex bono et aequo lites discernit. Cf. Cyrop. I, 3, 17. Hinc κριτής

VI. Ἐκ δὲ τούτου οἱ μὲν τὰ νικητήρια φιλήματα 1 ἀπολαμβάνειν τὸν Κριτόβουλον ἐκέλευον, οἱ δὲ τὸν κύριον πείθειν, οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἔσκωπτον. ὁ δὲ Ἑρμογένης κἀν-

---

saepe legitur de iudice, qui in certaminibus victori praemium addicit. Cf. Hellenic. IV, 2, 8. Aelian. V. H. II, 13. Eodem sensu Paris apud Lucian. XX, 6. διαιτητής et XX, 7. δικαστὴς τοῦ κάλλους vocatur. Ceterum sales huius loci, inquit Weiskius, prorsus sunt admirabiles. Feliciter Socrates recordatur Calliae dicta III, 4. et IV, 1. et comparat diversa pecuniae effecta, significans facete, plane diversi generis esse debere utriusque pecunias. Denique verbis non disertis (quod non illepidum foret, sed tamen minus festivum), satis clare significat, iudices esse corruptos Critobuli pecunia, ut illum victorem pronuntiarent.

Cap. VI.

1. τὰ νικητήρια φιλήματα] *oscula quae debentur victori.* Nam νικητήρια h. l. adiective esse positum non est quod dubites. φιλήματα tanquam ex interpretatione ortum ab Heindorfio impugnatum tuetur Athenaeus V, 13. p. 188. D. ὁ γὰρ δὴ Κριτόβουλος, μειράκιον ἀστεῖον, γέροντα καὶ διδάσκαλον αὐτοῦ τὸν Σωκράτη σκώπτει πολὺ τῶν Σειληνῶν αἰσχίονα λέγων εἶναι. ὁ δὲ αὐτῷ διαμορφοσκοπεῖται καὶ κριτὰς ἑλόμενος τόν τε παῖδα καὶ τὴν ὀρχηστρίδα προτίθησι νικητήρια φιλήματα τῶν κριτῶν.

τὸν κύριον πείθειν] Repete τὸν Κριτόβουλον ἐκέλευον, id quod moneo propter Bornemannum, qui nihil impedire dicit quo minus reddamus: *alii dominum excitabant, ut pueris de osculis dandis persuaderet.* τὸν κύριον Syracusanum illum, dominum pueri et puellae esse primus vidit Zeunius, cui assentiens Weiskius: „locus autem, inquit, inde nascitur satis urbanus, sive luserint ob ineptam eius (Syracusani) et invenustam severitatem, IV, 52, sive significarint, Critobulum praeter ceteros homini fuisse suspectum, sive corruptos illos fuisse innuerint a Critobulo, ut aliquo artificio ipse omnia suffragia ferret." Non est autem cum Orellio illud urgendum, quod V, 9. legimus ὁ δὲ Σωκράτης διέπραττε — τῷ νικήσαντι μὴ ταινίας, ἀλλὰ φιλήματα ἀναδήματα παρὰ τῶν κριτῶν γενέσθαι. Quis enim non videt Socratem non serio, sed per iocum lusumque id constituisse ut victori oscula darentur a pueris. Neque vero convivae nisi ioci causa Critobulum persuadere Syracusano iubent, ut se osculari pueros patiatur, id quod ostendunt sequentia οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἔσκωπτον.

ταῦθα ἐσιώπα. καὶ ὁ Σωκράτης ὀνομάσας αὐτὸν, Ἔχοις ἄν, ὦ Ἑρμόγενες, εἰπεῖν ἡμῖν τί ἐστι παροινία; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο, Εἰ μὲν ὅ,τι ἐστὶν ἐρωτᾷς, οὐκ οἶδα· τὸ μέντοι μοι δοκοῦν εἴποιμ' ἄν. Ἀλλὰ δοκεῖ τοῦτ', ἔφη.
2 Τὸ τοίνυν παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω παροινίαν. Οἶσθ' οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ νῦν ἡμᾶς λυπεῖς σιωπῶν; Ἦ καὶ ὅταν λέγῃς; ἔφη. Οὔ· ἀλλ' ὅταν διαλίπωμεν. Ἦ οὖν λέληθέ σε ὅτι μεταξὺ

---

§. 1. ὃ μέντοι μοι δοκοῦν] A B i a h b st. 1. 2. l.

ἐσιώπα] Ita enim conveniebat severis Hermogenis moribus. Cf. VIII, 3. Taciturnior etiam Zeno apud Plutarch. de garrul. cap. IV.

παροινία] ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις καὶ οἷα δήποτε ἁμαρτία. *Hesych.* ἡ ἐν οἴνῳ ἀταξία. *Etym. M.* Cf. §. 2, ubi definitur τὸ παρ' οἶνον λυπεῖν τοὺς συνόντας. Anab. V, 8, 4. ἀλλὰ μεθύων ἐπαρῴνησα; *Lucian.* pro lapsu in salt. c. 2. καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παροινίους τρεπόμενοι. *Idem* Conv. seu Lapith. c. 22. εἰδὼς τοὺς ἐπὶ τοῖς συμποσίοις θορύβους καὶ παροινίας.

τὸ μέντοι μοι δοκοῦν εἴπ. ἄν] *quid vero mihi videatur, hoc dicere possim. Cornar.*

ἀλλὰ δοκεῖ τοῦτο] *placet vero hoc*, intell. *ut dicas quid* παροινία *esse tibi videatur.* Elegantissima est nec tamen necessaria Heindorfii coniectura: ἀλλ' ὃ δοκεῖ, τοῦτ', ἔφη. Sic Plato Menone p. 83. C. ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω. ΣΩ. Καλῶς. τὸ γάρ σοι δοκοῦν, τοῦτο ἀποκρίνου.

2. ὅτι καὶ σὺ νῦν ἡμᾶς λυπεῖς σιωπῶν] Iocose Socrates Hermogenem insimulat παροινίας, a qua sane alienissimus erat, siquidem παροινία est eorum qui inter pocula et vino ebrii contumeliosa verba in alios proloquuntur. Cf. Lucian. Piscator. c. 5. ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει καὶ παροινίᾳ τῶν λόγων. Sophocl. Oed. R. v. 772. ἀνὴρ γάρ ἐν δείπνοις μ' ὑπερπλησθεὶς μέθης καλεῖ παρ' οἴνῳ πλαστὸς ὡς εἴην πατρί. Neque vero Hermogenes ansam Socrati dedisset sui carpendi, si accuratius quid sit παροινία definiisset.

ὅταν διαλίπωμεν] *wenn wir eine Pause eintreten lassen. Finckh.* Plutarch. Q. Sympos. VII, 8, 4. ὁ μὲν οὖν Διογενιανὸς ἢ παυσάμενος ἢ διαλείπων ἐσιώπησεν.

τοῦ ὑμᾶς λέγειν οὐδ' ἂν τρίχα, μὴ ὅτι λόγον ἄν τις παρ-
είρειε; καὶ ὁ Σωκράτης, Ὦ Καλλία, ἔχοις ἄν τι, ἔφη, 3
ἀνδρὶ ἐλεγχομένῳ βοηθῆσαι; Ἔγωγ', ἔφη. ὅταν γὰρ ὁ
αὐλὸς φθέγγηται, παντάπασι σιωπῶμεν. καὶ ὁ Ἑρμο-
γένης, Ἦ οὖν βούλεσθε, ἔφη, ὥσπερ Νικόστρατος ὁ
ὑποκριτὴς τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν, οὕτω
καὶ ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμῖν διαλέγωμαι; καὶ ὁ Σωκράτης, 4

οὐδ' ἂν - ἄν τις παρ.] Quomodo possit in eadem enuntiatione *ἂν* iterari et quae sit repetitae natura particulae post Reisigium in Commentatione *de vi et usu ἂν particulae* p. 119 sq. optime declaravit Rostius Gr. gr. §. 120. annot. 4. p. 461 sq. — De *μὴ ὅτι* vide ad II, 26. — Verbi *παρείρειν* propriam notionem esse *inserere*, ita ut particula *παρά* adsignificet, praeter illa quae iam adsunt accedere id quod inseratur, ut ad rem non pertinens, docuit Hermannus ad Sophocl. Antig. v. 365. Arguere autem Hermogenem convivarum loquacitatem, quum antea ipse reprehensus esset ob taciturnitatem, monuit Zeunius.

3. *ἀνδρὶ ἐλεγχ. βοηθῆσαι*] Plene Homerus Iliad. XVI, 516: *ἀνέρι κηδομένῳ, ὡς νῦν ἐμὲ κῆδος ἱκάνει.* Sentit Socrates se pungi Hermogenis dicto. — *βοηθῆσαί τι* interpretaberis *nonnihil auxilii ferre.* Proprie est *iuvare in aliqua re*, veluti Apomn. II, 6, 25. *τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν.* Saepe vero *τὶ* ita verbis adiungitur ut loco adverbii sit. Sic §. 4. *τοὺς σοὺς λόγους ἡδύνεσθαι ἄν τι.* Cf. ad Apomn. I, 4, 11.

ὁ αὐλὸς φθεγγ.] *φθέγγεσθαι* potissimum de tibia et omnino de instrumentis musicis usurpatur. Cf. Nonn. Dion. XXIII. p. 622. *φθεγγομένων τύπον αὐλῶν.*

βούλεσθε - διαλέγωμαι] Eurip. Hecuba v. 1042. *βούλεσθ' ἐπεσπέσωμεν;* Cf. infra §. 10. *βούλει — εἰκάζω;* et Matth. §. 515. 3. p. 482.

Νικόστρατος] Suidas sub hoc nomine ita: *οὗτος κωμῳδίας ἦν ὑποκριτὴς δοκῶν κάλλιστα ὑποκρίνεσθαι.* Quae repetit sub verbis *ἐγὼ πάντα ποιήσω κατὰ Νικόστρατον.* Mortuum iam tum arguit verbum *κατέλεγεν.* *Schneider.* Idem Nicostratus saepe ab Athenaeo ut egregius histrio commemoratur.

ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμ. διαλ.] *num ad tibiam vultis verba mea recitem?* Soll ich recitativisch zur Flöte mit euch sprechen? *Bornem.* Plutarch. *De recta ratione audiendi* c. 7. m. *ὡς γὰρ τῶν ὑπὸ αὐλὸν ᾀδόντων αἱ πολλαὶ τοὺς ἀκούοντας ἁμαρτίαι διαφεύγουσιν.* Plato Legg. II. p. 669 sq. *αὐλήσει χρῆσθαι καὶ κιθαρίσει πλὴν ὑπὸ ὄρχησίν τε καὶ ᾠδήν.* Paullo ante erat *Νικόστρατος τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν*, i. e. *tetrametros* (trochaeos catalecticos) *ad tibiam recitabat.*

Πρὸς τῶν θεῶν, ἔφη, Ἑρμόγενες, οὕτω ποίει. οἶμαι γάρ, ὥςπερ ἡ ᾠδὴ ἥδιον πρὸς τὸν αὐλόν, οὕτω καὶ τοὺς σοὺς λόγους ἡδύνεσθαι ἄν τι ὑπὸ τῶν φθόγγων, ἄλλως τε καὶ εἰ μορφάζοις ὥςπερ ἡ αὐλητρὶς καὶ σὺ πρὸς τὰ λεγόμενα. καὶ ὁ Καλλίας ἔφη, Ὅταν οὖν ὁ Ἀντισθένης ὅδ᾽ ἐλέγχῃ τινὰ ἐν τῷ συμποσίῳ, τί ἔσται τὸ αὔλημα; καὶ ὁ Ἀντισθένης εἶπε, Τῷ μὲν ἐλεγχομένῳ οἶμαι ἄν, ἔφη, πρέπειν συριγμόν.

---

§. 5. ὁ Ἀντισθένης ὅδ᾽] Articulum, quem om. st. 1. 2. 1., tuentur A B.

---

4. λόγους ἡδύνεσθαι — ὑπὸ τ. φθ.] Plutarch. Q. Symp. VII, 8, 4. ψαλτηρίου φωνῆς καὶ αὐλοῦ καθ᾽ ἑαυτὴν τὰ ὦτα κοπτούσης μὴ ὑπακούωμεν· ἂν δ᾽ ἕπηται μετὰ λόγου καὶ ᾠδῆς ἑστιῶσα καὶ τέρπουσα τὸν ἐν ἡμῖν λόγον εἰςάγωμεν.

μορφάζοις] Egregie hoc aptum est ad risum movendum, quia gesticulari a gravitate Hermogenis alienum est. *Zeunius.*

ἡ αὐλητρὶς] Non tibicinam, sed saltatricem intelligit: haec enim, ut II, 1. refert, cum tibicina advenerat et, dum tibicina caneret, gestum faciebat. Potuit autem hoc magis tibicina pro saltatrice nominari, quod istius conditionis puellas utrique rei operam dedisse verisimile est. Hinc apud Romanorum comicos eas non saltatrices, sed fidicinas, tibicinas, psaltrias vocari animadvertimus, quas Graeci non solum αὐλητρίδας, sed etiam ὀρχηστρίδας appellant. Aptus ad hanc rem firmandam Macrobii locus est in Saturn. II, 1. *quia sub illorum*, inquit, *supercilio non defuit qui psaltriam intromitti peteret, ut puella ex industria supra naturam mollior, canora dulcedine et saltationis lubrico exerceret illecebris philosophantes.* *Hermann.* ad Aristotel. *de poetica* 27. 3.

5. ὁ Καλλίας ἔφη] De hoc ordine v. ad III, 7.

συριγμόν] Ludit in vocabuli ambiguitate, quod et certum tibiae modum et exsibilationem veluti mali actoris in theatro significat. Pythici nomi, quem cantabat πυθαύλης, pars fuit συριγμός, qui sibilum draconis Pythonis ab Apolline occisi imitabatur, teste Polluce Onom. IV, 79 et 81. *Schneid.* Valde venusta urbanitate se invicem carpunt Callias et Antisthenes. Cum cupiditate et confidentia redarguere Antisthenes coeperat Calliam. Hunc etiam nunc illud pungit. Ergo aliquid ridiculi eius refutationibus affingere vult: nam sane ridiculum est, cum contentione disputanti adhiberi aliquem modum tibiae. Bene autem

Τοιούτων δὲ λόγων ὄντων ὡς ἑώρα ὁ Συρακόσιος 6 τῶν μὲν αὐτοῦ ἐπιδειγμάτων ἀμελοῦντας, ἀλλήλοις δὲ ἡδομένους, φθονῶν τῷ Σωκράτει εἶπεν, Ἆρα σύ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος; Οὐκοῦν κάλλιον, ἔφη, ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην. Εἰ μή γε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι. Οἶσθα οὖν, ἔφη 7

§. 6. Συρακόσιος] Male B a Συρακούσιος, suprascriptum etiam in A. Priorem formam tam ignotam fuisse librariis quam veteribus scriptoribus alteram recte monet Dindorf ad Anab. I, 2, 9. ed. stereot.

Antisthenes subiecit, non quid ἐλέγχοντι (sibi) ex hoc genere accommodari debeat, sed quid ἐλεγχομένῳ Calliae: συριγμόν, id est *exsibilationem*, non *cantum fistulae*, propria significatione. *Weisk.*

6. φθονῶν τῷ Σωκρ.] *succensens* Socrati, quia is auctor erat sermonum. Cf. III, 2.

ἆρα σύ] V. ad II, 13. Cf. VII, 1. Intelligendum esse εἶ sponte apparet; perperam autem Zeunius ἐπικαλούμενος εἶ esse pro ἐπικαλῇ putabat.

εἰ μή γε] Langius repetendum dicit ex antecedentibus κάλλιον εἴη, quod fieri non potest ob rationes grammaticas. V. Matth. §. 508. b. c. Cum εἰ μή γε Bremius in *Philol. Beiträg. aus der Schweitz* p. 182. comparat Ciceronianum illud *nisi vero*.

τῶν μετεώρων φρ.] Loco genitivi accusativum habes Plat. Apol. Socr. p. 18. B. κατηγόρουν ἐμοῦ οὐδὲν ἀληθές, ὡς ἔστιν τις Σωκράτης, σοφὸς ἀνήρ, τά τε μετέωρα φροντιστής. V. Matth. §. 422. De re v. ad Apomn. I, 2, 31. Adde Lucian. Prometh. c. 6. ἡ δὲ (sc. κωμῳδία) παραδοῦσα τῷ Διονύσῳ ἑαυτὴν θεάτρῳ ὡμίλει καὶ ξυνέπαιζε καὶ ἐγελωτοποίει καὶ ἐπέσκωπτε καὶ ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλόν· ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις ἐποχουμένη τὰ πολλὰ τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς καὶ μετεωρολέσχας καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα καὶ μίαν ταύτην προέλευσιν ἐπεποίητο ἐκείνους ἐπισκώπτειν καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καταχεῖν αὐτῶν, ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα καὶ νεφέλαις ξυνόντας, ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας, ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. Haud vero improbabile est Socratem iuvenem physicis operam dedisse. Cf. Apomn. IV, 7.

ὁ Σωκράτης, μετεωρότερόν τι τῶν θεῶν; Ἀλλ᾽ οὐ μὰ Δί᾽, ἔφη, οὐ τούτων σε λέγουσιν ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλὰ τῶν ἀνωφελεστάτων. Οὐκοῦν καὶ οὕτως ἄν, ἔφη, θεῶν ἐπιμελοίμην. Ἄνωθεν μέν γε ὕοντες ὠφελοῦσιν,

---

§. 7. ἄνωθεν μέν γε] c b ἄν. μὲν γάρ.

---

7. ἄνωθεν μέν γε ὕοντες] Quum in libris esset ὄντες, ego autem ὕοντες reposuissem, sic existimabam, neminem fore quin suam Xenophonti manum ab me agnosceret restitutam. Miratus sum igitur id secus visum esse Schaefero in Annotationibus ad Demosthenem vol. I. p. 886. Quo ille loco tantum abest ut veram hanc credat emendationem, ut nec necessariam, quin ne tolerabilem quidem censeat. Ac de illo quidem videbimus, postquam allata ab Schaefero ad refellendum ὕοντες argumenta expenderimus. Negat igitur ὕοντες posse verum esse, quum quia recepto hoc concinnitas παρέχοντες flagitet pro παρέχουσι, tum quia Iuppiter duntaxat unus, non dii omnes pluviam mittant coelitus. Haec cum aliqua saltem specie obiici nobis posse etsi per nos dudum observaveramus, tamen perversitatem vulgatae emendationisque necessitatem hanc illorum, si qua esset, vim argumentorum confidebamus hebetaturam. Iam autem nego vim istam esse ullam. Concinnitas enim illa quam expetit Schaeferus ut in oratione ad gravitatem animorumve commotionem composita locum habet, ita in hoc sermonis genere tenui sine vitio vitabitur magis quam quaeretur. In ὕοντες vero plurali sane admirandum est offendisse Schaeferum, qui sciat innumerabilibus in locis quae ad unum pertinent ubi generatim dicuntur ita non ut quis faciat sed an faciat aliquis quaeratur, plurali numero poni, quantumvis unus faciat. Quod si pro istis vir praeclarus id quod videri ait sibi, sanam esse vulgatam, argumentis demonstrasset, sic etiam emendatio concideret nostra: nunc autem etiamsi certissimum sit falsum esse ὕοντες, incertissimum est illud an sanum sit ὄντες. At demonstrari istud nequit. Esto enim ut ἄνωθεν ὄντες ὠφελοῦσιν recte dictum sit pro ἄνω ὄντες ἄνωθεν ὠφελοῦσιν, quae ita erit loci sententia? Nempe haec: *desuper dii tum prosunt hominibus tum lucem praebent.* Atqui primo falsum est desuper tantum prodesse deos hominibus, quos eodem iure dixeris subtus eos iuvare frugibus, aquis aliisque rebus e terra emittendis. Deinde haec sententia sic est verbis expressa ut lucis usura tanquam contrarium quid benevolentiae deûm erga humanum genus ponatur, quod quidem perversum est. Ea enim pars est illius et documentum, quam rationi adversetur non modo tanquam diversam ab ea sed etiam contrariam commemorari

ἄνωθεν δὲ φῶς παρέχουσιν. εἰ δὲ ψυχρὰ λέγω, σὺ αἴ-
τιος, ἔφη, πράγματά μοι παρέχων. Ταῦτα μέν, ἔφη, 8
ἔα· ἀλλ' εἰπέ μοι πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει.

---

§. 8. *πόσους ψύλλα - ἀπέχει*] Ita libri omnes, nisi quod B. ὁ μοῦ pro ἐμοῦ habet. πόσους ψύλλου π. ἐμοῦ ἀπέχεις scribi iussit Iacobs. Additt. ad Athen. p. 134. πόσους ψύλλης π. ε. ἀπέχεις coniecit Bremi, et sic hunc locum laudavit Lobeck. ad Phryn. p. 332. Equidem nondum ausus sum quicquam mutare.

Denique quis credat Socratem etymologiam suam ἀνωφελής vocabuli demonstraturum earum rerum quas duas dii solas desuper et impertiunt hominibus et aliunde impertire nequeunt recordatum unius, alterius oblitum, neque utraque in rem suam usum? Eae vero sunt lux et pluvia. *L. Dindorfius* p. XI sqq. Eadem est Iacobsii coniectura ad Achill. Tat. p. 660. Improbavit eam Bornem. iccirco, quod primariam sententiae vim, quae inesset in ἄνωθεν ὠφελοῦσιν (ἀνωφελεῖς εἰσιν) vocabulo quam ὄντες significantiore aliquantum censebat imminui. Finckhius quoque vulgatam est secutus, sic ab eo conversam: *Ueber uns wohnend lassen sie wenigstens das Gute hernieder fliefsen, und über uns lassen sie das Licht scheinen.* Cum Iacobsio et Dindorfio facit Frotscher. ad Xenoph. Hier. VIII, 9, nec video ego quid sit certius atque melius.

ψυχρὰ λέγειν] *absurda dicere* male quidam interpretum sunt interpretati. Meliora eos docere poterat, qui fortassis haec nostra in animo habebat, Tzetzes ad Hesiodi Opp. v. 382. p. 207. οὐ γὰρ ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν ἀστέρες γινόμεθα, οὓς ὁ κωμικὸς Ἀριστοφάνης ἐμπέπαιχε. ἀλλὰ τὸ ψυχρὰ λέγειν καὶ κατασκευάζειν (lege καταχλευάζειν) παρέντες χωρήσομεν πρὸς τὴν διδασκαλίαν τῶν ἀστρικῶν ἐπιπολῶν. *Dindorf.* ψυχρὰ Graecis translate dicuntur quae speratam utilitatem non praebent, inania et inutilia. Herodot. VI, 108. ὑμῖν τοιῇδέ τις γένοιτ' ἂν ἐπικουρίη ψυχρή. ibid. IX, 49. ἐπαρθεὶς ψυχρῇ νίκῃ. Adde Eurip. Iph. Aul. 1014, et Alcest. 363. ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα iungit Lucian. Timone c. 43. Similiter *frigida et inania* iuncta habet Plinius Ep. IV, 17. 4. Cf. Horat. Ep. I, 3, 25.

8. *πόσους ψ. πόδας*] Aristophanes Nubb. v. 144. sqq. Socratem novo quodam modo spatium Chaerephontem discipulum et ipsum intercedens ementientem facit pulicis pedibus, unde intelligere licet quid Syracusani sibi velit quaestio. Ibid. v. 828.

ταῦτα γάρ σέ φασι γεωμετρεῖν. καὶ ὁ Ἀντισθένης εἶπε, Σὺ μέντοι δεινὸς εἶ, ὦ Φίλιππε, εἰκάζειν. οὐ δοκεῖ σοι ὁ ἀνὴρ οὗτος λοιδορεῖσθαι βουλομένῳ ἐοικέναι; Ναὶ μὰ
9 τὸν Δί', ἔφη, καὶ ἄλλοις γε πολλοῖς. Ἀλλ' ὅμως, ἔφη ὁ Σωκράτης, σὺ αὐτὸν μὴ εἴκαζε, ἵνα μὴ καὶ σὺ

---

haec leguntur: Σωκράτης ὁ Μήλιος καὶ Χαιρεφῶν, ὅς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη. Salsa illa Aristophanis de Socrate pulicum vestigia et saltus demenso enarratio quantopere placuerit, hinc apparet quod dictio μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη paene in proverbium abiit. Lucianus Philopatride c. 12. οὐκ ἔσθ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. Eunap. in Aedes. p. 38. ψυλλῶν πηδήματα καταμωκώμενος. Luciani locum alterum e Prometheo paullo ante ad §. 6. excitavimus. Ceterum nisi statuere velis de industria Syracusanum absurdi quid proferre, haud facile dixeris quo pacto vulgata lectio πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει defendi possit: certe Finckhii interpretatio: *wie viel Schuh es von mir bis zum nächsten (!) Floh ist*, non valebit ad eam commendandam.

εἰκάζειν] Solebat inter hilaritates convivales alias etiam unus alterum rei alicui ridiculae assimilare. Et sic accipiendus est locus Diod. Sic. T. II. p. 453. q. Wessel., ubi rem acu non tetigit interpres. *Reiskius* ad Aristoph. Avv. v. 808. a Bornemanno excitatus. Frequentari verbum εἰκάζειν *assimulandi* et *comparandi* significatione docet Ruhnken. ad Timaei gloss. p. 95. Cf. Plato Menone c. 13. p. 80. B. ΣΩ. Γιγνώσκω οὗ ἕνεκά με εἴκασας. MEN. Τίνος δὴ οἴει; ΣΩ. Ἵνα σε ἀντεικάσω. ἐγὼ δὲ τοῦτο οἶδα περὶ πάντων τῶν καλῶν ὅτι χαίρουσιν εἰκαζόμενοι. λυσιτελεῖ γὰρ αὐτοῖς. καλαὶ γάρ, οἶμαι, τῶν καλῶν καὶ αἱ εἰκόνες. *Similem dicere* habet Horat. Sat. I, 5, 56, ubi Sarmentus scurra: *Equi te esse feri similem dico.* Cf. etiam Lucian. Conviv. c. 18 sq. καὶ τέλος ἐπέσκωπτεν (int. ὁ γελωτοποιός) ἐς τοὺς παρόντας. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων, ὁπότε σκωφθεῖεν· ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ὁμοιόν τι ἀπέῤῥιψε, Μελιταῖον κυνίδιον προςειπὼν αὐτόν κ. τ. λ.

καὶ ἄλλοις γε πολλοῖς] Fallitur Bornemannus, qui „Malo, inquit, δοκεῖ ἐοικέναι λοιδ. βουλομένῳ quam δοκεῖ μοι ἐοικέναι suppleas. Posteriori sensu neutrius essent generis haec ἄλλοις πολλοῖς." Transversum, nisi fallor, virum doctum egit Leunclavii interpretatio: *Profecto videtur non mihi tantum, sed aliis etiam multis.* Nihil aliud posse suppleri quam δοκεῖ μοι ἐοικέναι, et tamen ἄλλοις πολλοῖς non esse neutrius generis sequentia docent satis et abunde.

λοιδορουμένῳ ἐοίκῃς. Ἀλλ' εἴπερ γέ τοι τοῖς πᾶσι καλοῖς καὶ τοῖς βελτίστοις εἰκάζω αὐτόν, ἐπαινοῦντι μᾶλλον ἢ λοιδορουμένῳ δικαίως ἂν εἰκάζοι μέ τις. Καὶ νῦν σύ γε λοιδορουμένῳ ἔοικας, εἰ πάντ' αὐτοῦ βελτίω φῇς εἶναι. Ἀλλὰ βούλει πονηροτέροις εἰκάζω αὐτόν;

---

§. 9. εἴπερ γέ τοι] Postremum voc. non comparet in **B i c b** st. 2. — βελτίων] Libri omnes.

---

9. εἴπερ γέ τοι] γέ τοι, *certe quidem*, *wenigstens doch*, *doch wenigstens*, ita consociantur ut τοί sententiam per γέ restrictam indicet oppositam esse praecedentibus quodammodo. Vide Hermann. ad Vig. p. 828.

§. 28. περὶ πλείονος] Ab his verbis exorditur Codex Paris. C. — §. 29. ψυχὰς ἀγασθείη] st. l. ψυχαῖς ἀγαθαῖς ἀγ. A B C i c b h. — Διόςκοροι] C. Reliqui Διοςκοῦροι. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 235. — §. 30. ἐν Ὁμήρῳ] pro καὶ Ὁμήρῳ B. Bornem. κἀν Ὁμήρῳ scripsit. Sed vid. annot.

---

27. ἐγκρατῆ καὶ αἰδούμενον] Advertant tirones chiasmum, quo haec verba ad praegressa ἀναισχυντίαν καὶ ἀκρασίαν inverso ordine referuntur.

29. Ζεύς τε] His respondent verba ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀχιλλεὺς §. 31. De sententia cf. Lucian. Charidem. c. 6 sqq.

30. ἔστι - Ὁμήρῳ] De hac structura inprimis a posterioris aetatis scriptoribus frequentata Toupium ad Longin. 9, 10. conferri iubet Bernhardy in Wissenschaftl. Syntax d. griech. Spr. p. 80, ubi inter alios similes locos affertur Herodot. VIII, 20. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τουτέων ὁ χρησμός, et Plato Rep. III. p. 389. E. οἷα καὶ Ὁμήρῳ Διομήδης λέγει, cui loco non debebat Stallbaumius denuo inferre παρά praepositionem a Bekkero eiectam, neque a novissimo Platonis Editore restitutam.

γάνυται δέ τ' ἀκούων] Neque hoc nec alterum hemistichium apud Homerum exstat. Legitur autem Il. XX, 405. γάνυ-

τοῦτο δὲ φράζει ὅτι ἥδεται δέ τ' ἀκούων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλοθί που

πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδώς.

τοῦτο δ' αὖ λέγει σοφὰ φρεσὶ βουλεύματα εἰδώς. ἐξ οὖν συναμφοτέρων τούτων οὐχ ἡδυσώματος ὀνομασθεὶς ὁ
31 Γανυμήδης, ἀλλ' ἡδυγνώμων ἐν θεοῖς τετίμηται. ἀλλὰ μήν, ὦ Νικήρατε, καὶ Ἀχιλλεὺς Ὁμήρῳ πεποίηται οὐχ ὡς παιδικοῖς Πατρόκλῳ, ἀλλ' ὡς ἑταίρῳ ἀποθανόντι

ται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων, et XVII, 325. φίλα φρεσὶ μήδεα εἰδώς. Cf. XXIV, 282. πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχοντες. De Etymologia hac agit Welcker. Sappho p. 32. excitatus a Dindorfio. Ceterum Ganymedes ob pulchritudinem raptus traditur ab Homero Il. XX, 235. Cf. Lucian. Charid. c. 7. Diall. Deor. IV, 4. V, 2. Cic. Tuscul. I, 26. Iacobs. Vermischte Schriften P. III. p. 227.

φράζει] h. e. λέγει, σημαίνει, *significat*.

ἐξ οὖν συναμφ. τούτων]. Haec verba non solum cum ὀνομασθείς, sed etiam cum τετίμηται cohaerent.

31. ὦ Νικήρατε] Quid sit quod Niceratum compellet, ex iis apparebit quae III, 5. leguntur.

πεποίηται] Cf. ad IV, 6. et Apomn. I, 2, 21. Locus Homeri exstat Il. XVIII, 98.

οὐχ ὡς παιδικοῖς — ἑταίρῳ] Plat. Apol. p. 28. C. ὦ παῖ, εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανεῖ. Contra Lucian. Amor. cap. 54. οὐδὲ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο μέχρι τοῦ καὶ ἀντικρὺ καθέζεσθαι,

δέγμενος Αἰακίδην, ὁπότε λήξειεν ἀείδων,

ἀλλ' ἦν καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσίτις ἡδονή· στένων γοῦν Ἀχιλλεὺς τοῦ Πατρόκλου θάνατον ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη. Alio loco (Parasit. c. 46 sqq.) idem Lucianus Patroclum Achillis parasitum facit. In Homeri sententiam discedit Pindar. Olymp. IX. v. 118, ubi vid. Schol. Apud Platonem Sympos. p. 179. E. Phaedrus Patroclum Achillis amatorem facit, ad quem locum Interpretes consulendi. Adde Boeckh. *De Simultate* etc. p. 16. et Bornem. ad h. l., qui inter alia haec annotavit: Non — abhorret a veterum philosophorum consuetudine, exempla ex historia repetita, prout uniuscuiusque argumentatio postulat, immutata in suam rem adhibere. Apud Platonem Phaedrus exemplis aliquot ostensurus, quantam vim in amantibus Amor exserat, Achillis amatorem Patroclum nuncupat, quem eundem vel amasium Achillis vel amatorem fuisse h. l. negat Socrates, heroas enumerans, qui se invicem honesto

ἐκπρεπέστατα τιμωρῆσαι. καὶ Ὀρέστης δὲ καὶ Πυλάδης καὶ Θησεὺς καὶ Πειρίθους καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τῶν ἡμιθέων οἱ ἄριστοι ὑμνοῦνται οὐ διὰ τὸ συγκαθεύδειν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἄγασθαι ἀλλήλους τὰ μέγιστα καὶ κάλλιστα κοινῇ διαπεπρᾶχθαι. τί δέ, τὰ νῦν καλὰ ἔργα οὐ πάντ' 32
ἂν εὕροι τις ἕνεκα ἐπαίνου ὑπὸ τῶν καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν ἐθελόντων πραττόμενα μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἐθιζομένων ἡδονὴν ἀντ' εὐκλείας αἱρεῖσθαι; καίτοι Παυσανίας γε ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστὴς ἀπολογού-

---

§. 31. *Πειρίθοος*] c b b. — §. 32. *Παυσανίας γε*] *γε* pro *τε* ex Athenaeo adscivit Steph.

---

amore amplexi fuerint. E contrario amicus Achillis audit Patroclus in Plat. Apolog. p. 28. C.

Ὀρέστης κ. τ. λ.] Plutarch. *De amic. multitudine* cap. 2. *κατὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Πειρίθους, Ἀχιλλεὺς καὶ Πάτροκλος, Ὀρέστης καὶ Πυλάδης, Φιντίας καὶ Δάμων, Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας.* De Oreste et Pylade vid. Ovid. epp. ex Ponto II, 6, 27. Eurip. Iphig. Taur. v. 673 sqq. Cic. de Amicit. c. 7. De Thesei et Pirithoi amicitia copiose exponit Plutarch. in vita Thesei c. 31. Cf. Soph. Oed. Col. v. 1589. ibique Schol. Lucian. Charid. c. 16. et de salt. c. 60. Pausan. I, 18, 5.

32. *πονεῖν καὶ κινδυνεύειν*] Vid. ad IV, 35.

καίτοι Παυσανίας γε] Dirimitur *γέ* a *καίτοι*, quando solum interpositum vocabulum afficit; contra *καίτοι γε* ubi dicitur, *γέ* refertur ad totam sententiam. — Pausaniam Agathonis fuisse amatorem Plato quoque testatur Protag. p. 315. D. E. *παρεκάθητο δὲ αὐτῷ (Προδίκῳ) ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίναις Παυσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων καὶ μετὰ Παυσανίου νέον τι ἔτι μειράκιον, ὡς μὲν ἐγῷμαι, καλόν τε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός. ἔδοξα ἀκοῦσαι ὄνομα αὐτῷ εἶναι Ἀγάθωνα, καὶ οὐκ ἂν θαυμάζοιμι εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν*, et Aelian. V. H. II, 21. *Ἀγάθωνος ἦρα τοῦ ποιητοῦ Παυσανίας ὁ ἐκ Κεραμείων* (leg. *Κεραμέων*). Agatho poeta fuit tragicus, quem scimus ob affectatam orationis granditatem et nimis frequentem antithetorum usum saepe risum fuisse ab Aristophane. V. Thesmophor. v. 58 sqq. Cf. Aelian. V. H. XIV, 13. *Πολλοῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων.* Intelligi id licet etiam ex fragmentis duobus Agathonis quae exstant apud Athe-

μενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων εἴρηκεν ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε

συγκαλινδουμένων] Athen., quam formam apud Xenoph. et Plat. optimi libri ubique respuunt. Mox idem Ath. παιδικῶν omissa vocula τε.

---

naeum V, I. p. 185. τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα, | τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα. et V, 47 extr. p. 211. E. εἰ μὲν φράσω τἀληθές, οὐχὶ σ' εὐφρανῶ· | εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω. Praeterea Kusterus ad Aristoph. Thesm. l. l. ex Aristot. Eudemiorum lib. V, c. 5. hanc Agathonis sententiam allegat: τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τὴν τέχνην. Cf. Stallb. ad Platon. Sympos. init. et Meinek. Quaestionn. scenicc. Specim. secundum. — Ceterum Athenaeus V, 56. p. 216. E. locum Xenophonteum usque ad finem sect. 33. excerpsit, quo scilicet mendacii argueret Xenophontem. „ὅτι μὲν οὖν, inquit, τούτων οὐδὲν εἴρηκε Παυσανίας ἔξεστι μαθεῖν ἐκ τοῦ Πλάτωνος Συμποσίου. Παυσανίου γὰρ οὐκ οἶδα σύγγραμμα, οὐδ' εἰςῆκται παρ' ἄλλῳ λαλῶν οὗτος περὶ χρήσεως ἐραστῶν καὶ παιδικῶν ἢ παρὰ Πλάτωνι. Collegerunt autem ex nostro loco *Thiersch.* Specim. de Plat. Sympos. p. 7. et alii Pausaniam scripsisse orationem eroticam in qua foedum puerorum amorem defenderit, ad eamque scriptionem tum Xenophontem tum Platonem respexisse. Quam sententiam non plane destitutam veritatis specie *Stallbaum.* ad Plat. Sympos. c. 8. p. 180. C. hisce studuit refellere argumentis: „Quod non paucae, inquit, in Platonis Symposio reperiuntur sententiae, quae apud Xenophontem Pausaniae tribuuntur, id mirum videri non debet, quandoquidem ex orationibus eroticis, quae multae illa aetate videntur in vulgus editae fuisse, tanquam communi fonte, ab utroque scriptore hauriri potuerunt. Itaque non solum a Platone, sed item a Xenophonte Pausaniae tributa sunt ea, quae eius ingenio et moribus digna viderentur. In qua re si hic c. VIII. §. 34. ita versatus est, ut Platonem p. 182. B. aliquatenus haberet consentientem, utriusque scriptoris consensus inde videtur explicari posse, quod Pausaniam constabat fortasse Eleorum atque Thebanorum hoc in genere instituta cognita habere. Quod autem nos in eam deducit opinionem, ut non putemus ad librum a Pausania scriptum respici, illud est maxime, quod quae a Xenophonte tribuuntur Pausaniae, ea magnam partem a Platone Phaedro adscripta esse videmus. cf. Xenoph. VIII, 32. Platon. p. 178. E. Xenoph. VIII. §. 32. Plat. p. 179. A. Xenoph. VIII, 34. 35. Quid igitur? num verisimile est Platonem, si ad scriptionem aliquam Pausaniae respexisset, commissurum fuisse, ut eius decreta et placita

καὶ ἐραστῶν. τούτους γὰρ ἂν ἔφη οἴεσθαι μάλιστα αἰ- 33
δεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολείπειν, θαυμαστὰ λέγων, εἴ γε

---

§. 33. μάλιστ' ἂν αἰδεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολιπεῖν] Athen., posterius quidem probante Schneidero. Sed cf. §. 35, ubi tamen B. eodem vitio ἀπολιπεῖν exhibet. Utroque loco infinitivus Praesentis de repetita actione intelligendus est. Matth. §. 501.

Phaedro tribueret, praesertim quum illum ipsum convivio interesse iusserit? Aut num Xenophontem putabimus Pausaniae affinxisse alienas opiniones et placita? Nimia, fateor, haec foret fingendi licentia, ne quid gravius dicam. Accedit quod ex illo loco Xenophontis non potest colligi probabili ratione Pausaniam scriptionem eroticam in vulgus emisisse. Cf. Ephemerid. Lit. Ienens. a. 1809. N. 23. p. 182."

33. αἰδεῖσθαι ἀλλ. ἀπολ.] Plato Symp. p. 178. D. sq. φημὶ τοίνυν ἐγὼ ἄνδρα ὅςτις ἐρᾷ, εἴ τι αἰσχρὸν ποιῶν κατάδηλος γίγνοιτο ἢ πάσχων ὑπό του δι' ἀνανδρίαν μὴ ἀμυνόμενος, οὔτ' ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι οὔτε ὑπὸ ἑταίρων οὔτε ὑπ' ἄλλου οὐδενὸς ὡς ὑπὸ παιδικῶν. ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶμεν ὅτι διαφερόντως τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥςτε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοι γ' ἂν μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῷεν ἂν ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, οὐδεὶς οὕτω κακὸς ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν. Cf. Anab. VII, 4, 7 sqq. Cyr. VII, 1, 30. Cyneget. XII, 20. Plutarch. Amator. c. 17. Aelian. V. H. III, 9.

θαυμαστὰ λέγων] De hac loquendi ratione cf. §. 34. De re equest. I, 3. καὶ τῷ ψόφῳ δέ φησι Σίμων δήλους εἶναι τοὺς εὔποδας, καλῶς λέγων· ὥςπερ γὰρ κ. τ. λ. Plat. Sympos. p. 192. A. φασὶ δὲ δή τινες αὐτοὺς ἀναισχύντους εἶναι, ψευδόμενοι· οὐ γὰρ ὑπ' ἀναισχυντίας τοῦτο δρῶσιν. Inprimis notabilis Herodoti locus I, 51. καὶ περιῤῥαντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον, τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων, φαμένων εἶναι ἀνάθημα, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο Κροίσου. Cur Grammatici Nostri hunc par-

οἱ ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρόν τι
34 ποιεῖν. καὶ μαρτύρια δὲ ἐπήγετο ὡς ταῦτα ἐγνωκότες εἶεν καὶ Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι. συγκαθεύδοντας γοῦν αὐτοῖς ὅμως παρατάττεσθαι ἔφη τὰ παιδικὰ εἰς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο σημεῖον λέγων ὅμοιον. ἐκείνοις μὲν γὰρ

---

§. 34. *συγκαθεύδοντας*] A B C. Editionum veterum scripturam *συγκαθεύδοντες* Steph. iam correxit.

---

ticipii usum dignum non habuerint quem illustrarent, parum mihi liquet.

οἱ - ἐθιζόμενοι οὗτοι] Sic illatum habes demonstrativum antecedente participio Ages. IV, 4. *οἱ προῖκα εὖ πεπονθότες, οὗτοι ἀεὶ ἡδέως ὑπηρετοῦσι τῷ εὐεργέτῃ.* ibid. X, 1. *ὁ δὲ καρτερίᾳ μὲν πρωτεύων . . . οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ κ. τ. λ.* Plat. Symp. p. 186. C. *ὁ διαγιγνώσκων τὸν καλόν τε καὶ αἰσχρὸν ἔρωτα, οὗτός ἐστιν ὁ ἰατρικώτατος.* De Rep. I. p. 334. E. *τὸν δοκοῦντα χρηστόν, τοῦτον φίλον εἶναι.* Cf. ad Apomn. I, 3, 7.

34. *Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι*] De Rep. Laced. II, 12. *οἱ μὲν τοίνυν ἄλλοι Ἕλληνες ἢ ὥσπερ Βοιωτοὶ ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν ἢ ὥσπερ Ἠλεῖοι διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται.* Plat. Symp. p. 182. B. *ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς . . ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς.* Plutarch. De lib. educ. cap. 15. *καὶ τοὺς μὲν Θήβησι καὶ τοὺς Ἤλιδι φευκτέον ἔρωτας καὶ τὸν ἐκ Κρήτης καλούμενον ἁρπαγμόν.* Idem Pelopida c. 18. *τὸν δὲ ἱερὸν λόχον, ὥς φασι, συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος ἐξ ἀνδρῶν ἐπιλέκτων τριακοσίων. — Ἔνιοι δέ φασιν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων γενέσθαι τὸ σύστημα τοῦτο.* Athenaeus XIII, 12. p. 561. f. *ὁ δὲ παρὰ Θηβαίοις ἱερὸς λόχος καλούμενος συνέστηκεν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων.* Cf. Aelian. V. H. XIII, 5.

συγκαθεύδοντας] sc. *Θηβαίους καὶ Ἠλείους.* Sequens *αὐτοῖς* spectat paullo inferius positum *τὰ παιδικά.* Eadem ratione *αὐτός* substantivum quo refertur praecedit Cyrop. I, 4, 2. *καὶ γὰρ ἀσθενήσαντος αὐτοῦ οὐδέποτε ἀπέλιπε τὸν πάππον.* De Vectigg. XII, 19. *εἰ ἦν τὸ σῶμα αὐτῆς δῆλον, ἧττον ἂν ἠμέλουν οἱ ἄνθρωποι ἀρετῆς.* Ceterum *συγκαθεύδοντας* reddes *quamvis una cubent.* V. Matth. §. 566. 3.

οὐδὲν - ὅμοιον] *quod quidem argumentum minime congruens adferebat. Leuncl.* Similiter Lucian. Hermot. c. 5. init. *οὐδὲν ὅμοιον — οὐδ᾽ ἔστι τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις.*

ταῦτα νόμιμα, ἡμῖν δ' ἐπονείδιστα. δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ μὲν παραταττόμενοι ἀπιστοῦσιν ἐοικέναι μὴ χωρὶς γενόμεναι οἱ ἐρώμενοι οὐκ ἀποτελῶσι τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα. Λακεδαιμόνιοι δὲ οἱ νομίζοντες, ἐὰν καὶ ὀρεχθῇ τις σώματος, μηδενὸς ἂν ἔτι καλοῦ κἀγαθοῦ

νόμιμα] De rep. Laced. II, 14. ἐν πολλαῖς γὰρ τῶν πόλεων οἱ νόμοι οὐκ ἐναντιοῦνται ταῖς πρὸς τοὺς παῖδας ἐπιθυμίαις. Cf. Iuncus Stobaei vol. III. p. 447. *Gaisf.*

ἐπονείδιστα] De rep. Lac. II, 12. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ παντάπασι τοῦ διαλέγεσθαι τοὺς ἐραστὰς εἴργουσιν ἀπὸ τῶν παίδων. ubi Weiskius: „Loquitur, inquit, Xenophon de Atheniensibus, quorum severitatem improbat. Nam etsi dubium non est, quin apud hos multi turpiter hoc in genere peccarint, tamen legibus tenebantur severis." Cf. quae apud Platonem Symp. p. 183. C. D. Pausanias de Atheniensium institutis exponit. Dicit autem Socrates argumentum a Thebanis et Eleis petitum iccirco non esse idoneum, quod apud illos leges foedum puerorum amorem non vetent; quo fieri ut qui talem amorem exerceant ne dici quidem possint ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι. Quum vero aliter statuant leges Atheniensium, quibus puerorum cum viris consuetudo illicita sit et turpis, probari non posse Pausaniae sententiam.

ἀπιστοῦσιν - μὴ - οὐκ - ἀποτελῶσι] Quum ἀπιστεῖν timoris significationem adiunctam habeat, subiiciuntur particulae μὴ οὔ, quasi dictum esset φοβουμένοις. Sic Platon. Phaedo. c. 14. p. 70. τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ. Cf. Herm. ad Vig. p. 796 sqq. Buttm. §. 135. n. 7.

35. Λακεδαιμόνιοι δὲ οἱ νομίζοντες] *Lacedaemonii autem, illi qui putant* s. *Laced. autem, quos constat existimare.* Cf. supra ad III, 5. et Matth. §. 275. Omisso articulo haec verba forent reddenda: *Lacedaemonii autem quum putent.*

ἐὰν καὶ ὀρεχθῇ τις σώματος] Int. οὐ μόνον ψυχῆς παιδός. De rep. Laced. II, 13. ὁ δὲ Λυκοῦργος, εἰ μέν τις αὐτὸς ὢν οἷον δεῖ ἀγασθεὶς ψυχὴν παιδὸς πειρῷτο ἄμεμπτον φίλον ἀποτελέσασθαι καὶ συνεῖναι, ἐπῄνει καὶ καλλίστην παιδείαν ταύτην ἐνόμιζεν· εἰ δέ τις παιδὸς σώματος ὀρεγόμενος φανείη, αἴσχιστον τοῦτο θεὶς ἐποίησεν ἐν Λακεδαίμονι μηδὲν ἧττον ἐραστὰς παιδικῶν ἀπέχεσθαι ἢ γονεῖς παίδων ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται. Aelian. V. H. III, 12. Σπαρτιάτης δὲ καὶ ἔρως αἰσχρὸν οὐκ οἶδεν. εἴτε γὰρ μειράκιον ἐτόλμησεν ὕβριν ὑπομεῖναι εἴτε ἐραστὴς ὑβρίσαι, ἀλλ' οὐδετέροις ἐλυσιτέλησε τῇ Σπάρτῃ καταμεῖναι. ἢ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπηλλάγησαν ἢ

τοῦτον τυχεῖν, οὕτω τελέως τοὺς ἐρωμένους ἀγαθοὺς ἀπεργάζονται ὡς καὶ μετὰ ξένων κἂν μὴ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ταχθῶσι τῷ ἐραστῇ, ὁμοίως αἰδοῦνται τοὺς παρόντας ἀπολείπειν. θεὰν γὰρ οὐ τὴν Ἀναίδειαν, ἀλλὰ τὴν
36 Αἰδῶ νομίζουσι. δοκοῦμεν δ' ἄν μοι πάντες ὁμόλογοι γε-

---

§. 35. *οὕτως τελέως*] A B C. Cf. ad III. §. 1. Hic quidem vereor ne additum σ sequenti voc. originem suam debeat. Paullo inferius B *μεταξὺ ξένων*. — *ὅμως*] pro *ὁμοίως* operarum vitio primum in Bachii editionem irrepsit. — *Αἰδῶ*] Auctore Stephano alii *Αἰδώ*, refragantibus i a h c b. Cf. Choerobosc. in Bekkeri Anecd. p. 1233. Schaefer. ad Dionys. Hal. De Comp. Verb. p. 43. Buttm. Gr. max. §. 49. p. 188.

καὶ τὸ ἔτι θερμότερον καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ. Cf. Plutarch. Lycurg. XVIII, 3. et Institut. Lacon. p. 284.

πόλει] Cum extra patriam urbi sociae succurritur. *Schneid.*

Αἰδῶ] Pudoris simulacrum in Laconia consignavit Schneider. ex Pausan. Lacon. XX, 10. *τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Αἰδοῦς τριάκοντά που στάδια ἀπέχον τῆς πόλεως (Λακεδαίμονος) Ἰκαρίου μὲν ἀνάθημα εἶναι, ποιηθῆναι δὲ ἐπὶ λόγῳ φασὶ τοιῷδε· — ἐνταῦθα γὰρ τῆς ὁδοῦ προήκουσαν ἤδη τὴν Πενελόπην λέγουσιν ἐγκαλύψασθαι.* Atheniensibus etiam Pausania teste Attic. XVII, 1. *Αἰδοῦς βωμός ἐστι καὶ Φήμης καὶ Ὁρμῆς.* Cf. Meurs. Miscellan. Lacon. in Gronov. Thes. T. V. p. 2311. et T. VII. p. 224. Sed Impudentiae quoque aram ab iisdem Epimenide suadente exstructam fuisse narrat Clemens in Protrept. apud Gronov. l. l. T. V. p. 2075, idque ipsum est quod tecte hic Socrates et de legg. II, 11. Cicero taxarunt, eoque magis [Socrates id taxavit], quod ex impudentia ille puerorum amores conflari statuit. *Bornem.* Ciceronis verba haec sunt: *Nam illud vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. Virtutes enim, non vitia consecrare decet.* Cf. Iacobs. ad Philostrati Imagg. p. 404. et ad Anthol. Epigr. VIII, 93. Meinek. ad Menandr. p. 92. Heinrich. in Epimenide p. 98.

36. *δοκοῦμεν δ' ἂν - γενέσθαι*] i. q. *δοκεῖ δέ μοι ὅτι ἂν γενοίμεθα.*

νέσθαι περὶ ὧν λέγω, εἰ ὧδε ἐπισκοπῶμεν, τῷ ποτέρως παιδὶ φιληθέντι μᾶλλον ἄν τις πιστεύσειεν ἢ χρήματα ἢ τέκνα ἢ χάριτας παρακατατίθεσθαι. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καὶ αὐτὸν τὸν τῷ εἴδει τοῦ ἐρωμένου χρώμενον μᾶλλον ἂν ταῦτα τῷ τὴν ψυχὴν ἐρασμίῳ πιστεῦσαι. σοί γε μήν, ὦ Καλλία, δοκεῖ μοι ἄξιον εἶναι καὶ θεοῖς 37 χάριν εἰδέναι ὅτι σοι Αὐτολύκου ἔρωτα ἐνέβαλον. ὡς

---

§. 36. *ἐπισκοπῶμεν*] Non ausus sum librorum omnium scripturam in *ἐπισκοποῦμεν* vel *ἐπισκοποῖμεν* mutare. Vid. Hermann. ad Eurip. Bacch. v. 200. et Krueger. ad Dionys. Hal. Historr. p. 271. et ad Anab. III, 1, 36. — *ταῦτα πάντα*] Posterius voc. operarum culpa in recc. aliquot Edd. excidit.

περὶ ὧν λέγω] περὶ τούτων ἃ λέγω.

τῷ ποτέρως παιδὶ φιληθέντι] *utro modo amato puero* i. e. *utrum ob corpus, an ob animum amato*. De quo interrogationis genere v. Matth. §. 630, 1. et ad Apomn. II, 2, 1. Bornem. comparavit Hier. VIII, 3. τὴν ποτέρου πρόςρησιν μᾶλλον εὐφραίνειν τὸν ἀκούσαντα νομίζεις; — τὸν ποτέρου δοκεῖς ἔπαινον ἐξικνεῖσθαι μᾶλλον εἰς εὐφροσύνην; — τὴν παρ' ὁποτέρου τιμὴν μείζονος ἂν χάριτος δοκεῖς τυγχάνειν; Anab. III, 1, 14. ἐγὼ οὖν τὸν ἐκ ποίας πόλεως στρατηγὸν προςδοκῶ ταῦτα πράξειν; Holtzmann. Wörterbuch p. 455. et Heindorf. ad Plat. Hipp. Mai. c. 18. p. 140.

πιστεύσειεν - παρακ.] De hac locutione vid. ad Apomn. IV, 4, 17. παρακατατίθεσθαι est *deponere*, *custodiendum ac servandum tradere*. Cf. Valcken. ad Herodot. VI, 73. — χάριτας Schneiderus recte interpretatur *gratiam*, *beneficia*. Cf. Cyr. VIII, 3, 26. βασιλείαν μὲν οὐκ ἂν δεξαίμην, χάριν δὲ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καταθέσθαι δεξαίμην ἄν. Thuc. I, 128. εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι habet. Non capio autem Bornemannum qui post παρακατατίθεσθαι mutari dicit constructionem. Verba eius haec sunt: „pro eo enim quod sequi oportebat ἢ τῷ τὴν ψυχὴν ἐρασμίῳ; vel potius πότερον τὸ σῶμα φιληθέντι ἢ τὴν ψυχὴν ἐρασμίῳ; omissa hac quaestione, utri maiorem quisque fidem habeat, haud invenustius declarat." Haec quid sibi velint acutiores me videant.

37. *σοί γε μὴν - εἶναι*] *te vero mihi videtur decere*. Similiter Oec. II, 4. οὐδ' ὡς ἂν ἱκανά μοι δοκεῖ εἶναί σοι.

μὲν γὰρ φιλότιμός ἐστιν εὔδηλον, ὃς τοῦ κηρυχθῆναι ἕνεκα νικῶν παγκράτιον πολλοὺς μὲν πόνους, πολλὰ δ'
38 ἄλγη ἀνέχεται. εἰ δὲ οἴοιτο μὴ μόνον ἑαυτὸν καὶ τὸν πατέρα κοσμήσειν, ἀλλ' ἱκανὸς γενήσεσθαι δι' ἀνδραγαθίαν καὶ φίλους εὖ ποιεῖν καὶ τὴν πατρίδα αὔξειν τροπαῖα τῶν πολεμίων ἱστάμενος, καὶ διὰ ταῦτα περίβλεπτός τε καὶ ὀνομαστὸς ἔσεσθαι καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις, πῶς οὐκ οἴει αὐτὸν ὅντιν' ἡγοῖτο εἰς ταῦτα συνεργὸν εἶναι κράτιστον, τοῦτον ταῖς μεγίσταις ἂν τι-
39 μαῖς περιέπειν; εἰ οὖν βούλει τούτῳ ἀρέσκειν, σκεπτέον μέν σοι ποῖα ἐπιστάμενος Θεμιστοκλῆς ἱκανὸς ἐγένετο τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν, σκεπτέον δὲ ποῖά ποτε εἰδὼς Περικλῆς κράτιστος ἐδόκει τῇ πατρίδι σύμβουλος εἶναι,

---

§. 38. πόλεων] quod etiam A B C servarunt post Ribittum correxit Stephanus.

ὃς - ἀνέχεται] *quippe qui ut per praeconem quinquertii [pancratii] victor pronuncietur, labores multos multosque dolores tolerat.* Leuncl. Minus recte Finckh.: *da er — keinem Ungemach sich entzog.* Cogitandum autem de victoriis in futurum reportandis, non de ea quam Autolycus iam reportaverat. De pronomine relativo pro coniunctione causam indicante vid. Matth. §. 480. n. 1. p. 448. et quae nos annotavimus ad Apomn. I, 2, 64. 4, 11. II, 7, 13.

38. τὴν πατρίδα αὔξειν] *patriam augere*, h. e. *ad maiorem potentiam et dignitatem evehere.*

τροπαῖα τῶν πολεμίων] Ne exspectes κατά vel ἀπὸ τῶν πολεμίων, cf. Anab. VII, 6, 36. τρόπαια βαρβάρων πολλὰ δὴ σὺν ὑμῖν στησάμενον. Agesil. II, 26. τροπαῖον τῶν πολεμίων εἱστήκει αὐτῷ. Isocr. Panegyr. cap. 41. τροπαῖον ἵστασθαι τῶν πολεμίων. Soph. Trach. 1102. οὐδεὶς τροπαῖ' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν. — Accentum voc. τροπαῖα Atticistarum praeceptis accommodavimus.

περίβλεπτος - βαρβάροις] Sententiae causa cf. Apomn. III, 6, 2. ibique annotata.

ὅντιν' ἡγοῖτο - περιέπειν] Cf. supra II, 5. τιμαῖς περιέπειν est *honoribus prosequi.* Cf. Herodot. I, 73. II, 69. II, 169. et quos laudavit Iacobs. ad Achill. Tat. p. 994.

ἀθρητέον δὲ καὶ πῶς ποτε Σόλων φιλοσοφήσας νόμους κρατίστους τῇ πόλει κατέθηκεν, ἐρευνητέον δὲ καὶ ποῖα Λακεδαιμόνιοι ἀσκοῦντες κράτιστοι δοκοῦσιν ἡγεμόνες εἶναι· πρόξενοι δὲ καὶ κατάγονται ἀεὶ παρὰ σοὶ οἱ κράτιστοι αὐτῶν. ὡς μὲν οὖν σοι ἡ πόλις ταχὺ ἂν ἐπιτρέψειεν αὑτήν, εἰ βούλει, εὖ ἴσθι. τὰ μέγιστα γάρ σοι ὑπάρχει. εὐπατρίδης εἶ, ἱερεὺς θεῶν τῶν ἀπ' Ἐρε-

---

39. ἀθρητέον] Grammaticus apud Bachmann. Anecd. Gr. I. p. 37. ἀθρεῖν· τὸ περισκοπεῖν καὶ μετὰ ἐπιτάσεως ὁρᾶν.

πρόξενοι] Dicuntur hoc loco Lacedaemonii apud Calliam πρόξενον proprie dictum devertentes. Ipse Callias in oratione ad Lacedaemonios apud Xenophontem Hellen. VI, 3, 4: τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει. Cf. V, 4, 22. τῶν δὲ Λακεδαιμονίων καὶ πρέσβεις Ἀθήνησι ἐτύγχανον ὄντες παρὰ Καλλίᾳ τῷ προξένῳ. Videri autem Calliam ἰδίᾳ πρόξενον s. ἐθελοπρόξενον fuisse, non publicitus constitutum annotat Valcken. ad Herodot. VI, 57. Peculiarem de proxenia libellum edidit Franc. Volg. Ullrich. Berol. 1822. Cf. Manso *Sparta* T. I. P. I. p. 100. Boeckh. Staatshaushalt. d. Athen. I, 55. 155. 255. II, 48. 78. — Ceterum verbis πρόξενοι δὲ καὶ — αὐτῶν nihil aliud significatur quam non defuturam esse Calliae occasionem explorandi qualibus utentes exercitiis Lacedaemonii duces belli inprimis praestantes esse videantur.

40. εὐπατρίδης] *patricius.* Plutarch. Thes. c. 25. ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας (Theseus) χωρὶς Εὐπατρίδας καὶ Γεωμόρους καὶ Δημιουργούς, Εὐπατρίδας γινώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς, τοῖς ἄλλοις πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν Εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ Γεωμόρων. πλήθει δὲ τῶν Δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. Posteaquam democratia invaluit apud Athenienses, Eupatridis sacerdotia manebant et caeremoniarum cultusque deorum publici cura.

ἱερεὺς θεῶν τῶν ἀπ' Ἐρεχθέως] Buttmann. ad Plat. Alcib. I. p. 148: „Erechtheum scholium ad h. l. facit Vulcani filium, alii Pandionis filium Erichthoniique, quem Vulcanus genuerat, nepotem. Nimirum haud diversi proprie Erichthonius et Erechtheus, ut diserte traditur in Schol. ad Il. β'. 547." Cf. Koeppen. ad locum Homeri a Buttmanno excitatum et Heynium ad Apollodor. p. 837. cl. 867. Veterem fuisse famam ab Erechtheo sacra Eleusinia esse instituta legere licet apud Diodor. Sic. I, 29. Cf. Schol. ad Soph. Oed. Col. 1053. et Gramm. Hist Deor. p. 104, quem iam Zeunius excitavit. Colebantur autem ex

χθέως, οἳ καὶ ἐπὶ τὸν βάρβαρον σὺν Ἰάκχῳ ἐστράτευσαν, καὶ νῦν ἐν τῇ ἑορτῇ ἱεροπρεπέστατος δοκεῖς εἶναι τῶν προγεγενημένων, καὶ σῶμα ἀξιοπρεπέστατον μὲν ἰδεῖν

Erechthei instituto in sacris Eleusiniis, in quibus Callias Daduchi munere fungebatur, Ceres et Proserpina. Cf. Hellen. VI, 3, 6. cl. §. 3. Baehr. ad Plut. Alc. p. 183 sq. et p. 245 sqq. Wachsmuth. Hellen. Alterthumskunde V. II. P. II. §. 130. p. 303. Aliter tamen statuit Creuzerus *Symbolik* T. IV. p. 361, qui Erechthei filias intelligi putat, quas aeque ac patrem in deorum numerum relatas esse auctor est Cic. De Nat. D. III, 19. Cf. Schol. ad Soph. Oed. Col. v. 99. Satis audacter C. O. Muellerus Commentatione de Minerva Poliade p. 18. ex eo quod Callias δᾳδοῦχος dicatur ἱερεὺς θεῶν τῶν ἀπ' Ἐρεχθέως, colligere voluit totum Symposium a Xenophonte esse abiudicandum.

ἐπὶ τὸν βάρβαρον] int. *Xerxem*, adversus quem quum Themistocles committeret proelium navale ad Salamina, teste Plutarcho Themistocle c. 15, φῶς μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ἐλευσινόθεν, ἦχον δὲ καὶ φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον ἄχρι τῆς θαλάττης, ὡς ἀνθρώπων ὁμοῦ πολλῶν τὸν μυστικὸν ἐξαγόντων Ἴακχον. ἐκ δὲ τοῦ πλήθους τῶν φθεγγομένων κατὰ μικρὸν ἀπὸ γῆς ἀναφερόμενον νέφος ἔδοξεν αὖθις ὑπονοστεῖν καὶ κατασκήπτειν εἰς τὰς τριήρεις. Paullo copiosius rem narrat Herodot. VIII, 65, excitatus ab Scholiasta ad Aristoph. Nubb. v. 301. Quater istius fabulae mentionem fecisse Aristidem annotavit Valcken. ad Herod. l. l.

ἑορτῇ] Non cum Zeunio de *Panathenaeis*, sed cum Weiskio de *Eleusiniis sacris* intelligendum, de quibus Herodot. l. l. haec refert: τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ, καὶ αὐτῶν τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῖται καὶ τὴν φωνήν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι. Quem locum adprime opportunum esse dicit Wesselingius ad annuum maiorum mysteriorum tempus stabiliendum. Sed tamen id tantum certo constat, minora mysteria quotannis esse celebrata; maioribus etiamnunc sunt qui praeeunte Scaligero quinquennii spatium adsignant. Cf. Fiedler. Mythologie der Griechen und italischen Völker p. 362 sqq. Administrabat autem Callias sacra Eleusinia ut δᾳδοῦχος, quae dignitas in eius familia prope hereditaria fuit. Vid. Boeckh. Staatshaushalt. d. Athener T. II. p. 15.

τῶν προγεγενημένων] *eorum qui ante te fuerunt*, int. δᾳδοῦχοι. Diod. Sicul. T. II. p. 458. ποικιλώτατον γενέσθαι συνέβη φόνον τῶν προγεγονότων. Dionys. Hal. De Thuc. Iudic. X, 2. p. 831. μέγιστος ἐγένετο τῶν πρὸ αὐτοῦ πολέμων, ad quem locum Krueger. haec annotavit: Cave αὐτοῦ coniicias. Nam τοῦ πολέμου τοῦδε intelligendum est. Sic Thuc. l. l. (I, 1.) ἀξιο-

τῆς πόλεως ἔχεις, ἱκανὸν δὲ μόχθους ὑποφέρειν. εἰ δ' 41
ὑμῖν δοκῶ σπουδαιολογῆσαι μᾶλλον ἢ παρὰ πότον πρέ-
πει, μηδὲ τοῦτο θαυμάζετε. ἀγαθῶν γὰρ φύσει καὶ
τῆς ἀρετῆς φιλοτίμως ἐφιεμένων ἀεί ποτε τῇ πόλει συν-
εραστὴς ὢν διατελῶ. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι περὶ τῶν ῥηθέν- 42
των διελέγοντο, ὁ δ' Αὐτόλυκος κατεθεᾶτο τὸν Καλ-
λίαν. καὶ ὁ Καλλίας δὲ παρορῶν εἰς ἐκεῖνον εἶπεν,
Οὐκοῦν σύ με, ὦ Σώκρατες, μαστροπεύσεις πρὸς τὴν
πόλιν, ὅπως πράττω τὰ πολιτικὰ καὶ ἀεὶ ἀρεστὸς ὦ
αὐτῇ. Ναὶ μὰ Δί, ἔφη, ἢν ὁρῶσί γέ σε μὴ τῷ δοκεῖν 43

λογώτατον τῶν προγεγενημένων dicit bellum Peloponn. Id. I, 10. τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς. ibid. c. 11. αὐτά γε δὴ ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα. Similiter VI, 31. παρασκευὴ αὕτη πολυτελεστάτη δὴ καὶ εὐπρεπεστάτη τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο. Adde I, 50. VI, 13. VII, 66. VIII, 96. Xenoph. Sympos. VIII, 40. Plutarch. Lysand. XI.

ἀξιοπρεπέστατον - τῆς πόλεως] Soph. Oed. C. v. 742. *Herm.* ἧκέ μοι γένει | τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως. Xenoph. Ages. I, 3. ὥσπερ τὸ γένος αὐτῶν τῆς πατρίδος ἐντιμότατον, οὕτω καὶ ἡ πόλις ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐνδοξοτάτη. Oec. II, 16. ὁμολογῶ δὲ μεμεληκέναι μοι, οἵτινες ἕκαστα ἐπιστημονέστατοί εἰσι τῶν ἐν τῇ πόλει. — De infinitivo ἰδεῖν vid. Matth. §. 534.

41. ἀεί ποτε] De Vectigg. I, 1. ἐγὼ μὲν τοῦτο ἀεί ποτε νομίζω, ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. Hellenic. IV, 5, 11. οἱ Ἀμυκλαῖοι ἀεί ποτε ἀπέρχονται εἰς τὰ Ὑακύνθια ἐπὶ τὸν παιᾶνα. Cf. Soph. Antig. v. 452. Aiac. v. 312 sq. Eurip. Iph. Aul. 628 (640). Notandum autem ἀεί verbo διατελῶ additum, de cuius significatu et usu v. Matth. §. 552. Cf. IV, 43. VIII, 2. 18.

42. μαστροπεύσεις] Respicit ad artem quam profitebatur Socrates. Vid. III, 10. IV, 57 sqq. *Zeun.*

43. μὴ τῷ δοκεῖν] Plerisque enim hominibus τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθόν unice propositum est. Plato Theaetet. p. 176. B. οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον πεῖσαι ὡς ἄρα οὐχ ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δ' οὔ, ἵνα δὴ μὴ κακὸς καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι. Hinc Socrates multus est in commendanda illa sententia apud Platonem Gorg. p. 527. B. expressa: παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ εἶναι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Cf. Apomn. I, 7, 1. II, 6, 39. Oec. X, 9.

ἀλλὰ τῷ ὄντι ἀρετῆς ἐπιμελούμενον. ἡ μὲν γὰρ ψευδὴς δόξα ταχὺ ἐλέγχεται ὑπὸ τῆς πείρας· ἡ δ' ἀληθὴς ἀνδραγαθία, ἣν μὴ θεὸς βλάπτῃ, ἀεὶ ἐν ταῖς πράξεσι λαμπροτέραν τὴν εὔκλειαν συμπαρέχεται.

1 IX. Οὗτος μὲν δὴ ὁ λόγος ἐνταῦθα ἔληξεν. Αὐτόλυκος δέ, ἤδη γὰρ ὥρα ἦν αὐτῷ, ἐξανίστατο εἰς περίπατον· καὶ ὁ Λύκων ὁ πατὴρ αὐτῷ συνεξιὼν ἐπιστραφεὶς εἶπε, Νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Σώκρατες, καλός γε κἀγαθὸς δοκεῖς μοι ἄνθρωπος εἶναι.

---

§. 1. αὐτῷ συνεξιών] B. αὐτοῦ συν. a. αὐτῷ, συνεξ. — καλός γε] Sic A B C pro καλός τε. Cf. ad I, 15. et ad VII. §. 5. — ἄνθρωπος] om. C.

Cyneg. XIII, 7. Adde Ruhnken. ad Tim. p. 58. et Porson. in Adversariis p. 136. ed. Lips.

ἣν μὴ θεὸς βλάπτῃ] Vid. ad Apomn. I, 3, 5. In hac similibusque formulis θεός non de Iove aut alio quodam certo deo intelligi posse docet Wachsmuth. Hellen. Alterthumskunde T. II. P. II. p. 97.

CAP. IX.

1. ὥρα] Ex legibus scilicet gymnasticis, quas respiciebat item supra VIII, 37. πολλοὺς μὲν πόνους, πολλὰ δ' ἄλγη ἀνέχεται. Sed simul etiam Xenophontis ingenium pudori Autolyci consuluit, ne scenam statim exhibendam adspiceret puer ingenuus. *Schneider.* Diaetam athletarum sic depingit Horat. Art. Poet. v. 412. *Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit, Abstinuit venere et vino.* Praeter Horatii locum Bornem. contulit *Boettiger.* Andeutungen zu 24 Vorlesungen p. 112 sqq. Epicurum in Convivio quaestionem de tempore coitus non proposuisse nisi τοὺς νέους ἀνιστάντα μετὰ δεῖπνον εἰς περίπατον, auctor est Zopyrus medicus apud Plutarchum Q. Sympos. III. 6, 1.

ὁ Λύκων ὁ πατήρ] Constat nomini proprio non praefigi articulum quando illud apposito nomine appellativo accuratius definitur (v. Buttm. §. 110. 3. Matth. §. 273); sed ubi per se iam satis notum est ac definitum, ut hoc loco, articulus nullam habet offensionem. Cf. Krueger. de authent. p. 61. n.) et ad Anab. VI, 2, 13.

Ἐκ δὲ τούτου πρῶτον μὲν θρόνος τις ἔνδον κατε- 2
τέθη, ἔπειτα δὲ ὁ Συρακόσιος εἰςελθὼν εἶπεν, Ὦ ἄνδρες, Ἀριάδνη εἴςεισιν εἰς τὸν ἑαυτῆς τε καὶ Διονύσου θάλαμον· μετὰ δὲ τοῦθ' ἥξει Διόνυσος ὑποπεπωκὼς παρὰ θεοῖς καὶ εἴςεισι πρὸς αὐτήν, ἔπειτα παιξοῦνται πρὸς ἀλλήλους. ἐκ τούτου πρῶτον μὲν ἡ Ἀριάδνη ὡς 3
νύμφη κεκοσμημένη παρῆλθε καὶ ἐκαθέζετο ἐπὶ τοῦ

---

§. 2. παιξοῦνται] A in marg. παίζονται. B πεζοῦνται. C a c h b παιζοῦνται. Vid. not.

---

2. θρόνος] Thronum h. e. sellam amplam, fulcris in quibus cum tergo et brachiis pedes niterentur instructam, veteres solis Diis aut eorum in his terris vicariis convenire statuebant. Accurate totum hunc Xenophontis locum ac singula verba illustravit *Boettiger.* in Iournal des Luxus und der Moden 1802. Ianuar. p. 9—20. Copiosius atque subtilius de mimo Syracusano Ariadnes nuptias referente idem exposuit in *Ideen zur Archaeologie der Malerei.*

Ἀριάδνη] Minois, regis Cretensis, filia, quam in antro quodam Naxi insulae, in quam cum Theseo fugerat, dormientem conspicatus, Bacchus ex India ovans per aërem advectus uxorem duxit. Diligenter fabulam illustravit Boettiger. in Archaeolog. Museum. p. 76 sqq.

εἴςεισιν] *intrabit.* Advertas Syracusanum, prologi quasi vice defungentem, convivis praesignificare quorsum mimi peragendi spectent. Omnino histrionem actoribus plerumque praesto fuisse, quo tanquam interprete mimus spectatoribus coram uteretur, colligit Boettiger. ex narratione *Luciani de saltat.* c. 83 sq.

θάλαμον] Ad cubiculum Ariadnes nuptiale designandum solus thronus sufficit Syracusano.

ὑποπεπωκώς] Anab. VII, 3, 29. ἤδη γὰρ ὑποπεπωκὼς ἐτύγχανεν. Plat. Rep. II. p. 372. D. μετρίως ὑποπίνοντες. Plutarch. Q. Symp. I, 2, 1. extr. καὶ γὰρ ἦσαν πολλοὶ μετρίως ὑποπεπωκότες. Sic Latini *subbibere.* Cf. Zeun. ad Cyrop. VIII, 4, 9.

παιξοῦνται] Dorica est futuri forma. V. Buttm. Gr. max. §. 95. p. 401. Matth. Gr. ampl. p. 319. Lobeck. ad Phryn. p. 240.

3. ὡς νύμφη κεκοσμημένη] νύμφη h. l. non intelligendum de *semidea*, sed de *sponsa* flammeo sinuoso, quod caput decurrens amiculi instar superiorem corporis partem obtegebat, velata. Cf. Dorvillius ad Chariton. p. 241. Lips.

θρόνου. οὔπω δὲ φαινομένου τοῦ Διονύσου ηὐλεῖτο ὁ
βακχεῖος ῥυθμός. ἔνθα δὴ ἠγάσθησαν τὸν ὀρχηστο-
διδάσκαλον. εὐθὺς μὲν γὰρ ἡ Ἀριάδνη ἀκούσασα
τοιοῦτόν τι ἐποίησεν ὡς πᾶς ἂν ἔγνω ὅτι ἀσμένη ἤκουσε·
καὶ ὑπήντησε μὲν οὔ οὐδὲ ἀνέστη, δήλη δ' ἦν μόλις
4 ἠρεμοῦσα. ἐπεί γε μὴν κατεῖδεν αὐτὴν ὁ Διόνυσος,
ἐπιχορεύσας ὥςπερ ἂν εἴ τις φιλικώτατα ἐκαθέζετο ἐπὶ
τῶν γονάτων καὶ περιλαβὼν ἐφίλησεν αὐτήν. ἡ δ'

---

§. 3. *οὔπω δέ*] Hanc Moschii coniecturam, in quam Orellius quoque incidit, firmarunt A B C. Vulg. οὕτω δέ. Saepe autem οὕτω pro οὔπω a librariis invectum. Cf. Intpp. ad Plat. Gorg. p. 468. C. — *τοιοῦτόν τι*] A B C i c b pro vulg. τοιοῦτό τι. Cf. ad II. p. 25. et Buttm. Gr. max. p. 311. — §. 4. *ὡςπερανεί*] Bornem. ex praecepto Stephani.

ὁ βακχεῖος ῥυθμός] Plutarch. de Musica c. XXIX. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ὄλυμπον ἐκεῖνον, ᾧ δὴ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἑλληνικῆς τε καὶ νομικῆς μούσης ἀποδιδόασι, τό τε τῆς ἁρμονίας γένος ἐξευρεῖν φασι καὶ τῶν ῥυθμῶν τόν τε προσοδιακόν, ἐν ᾧ τοῦ Ἄρεως νόμος, καὶ τὸν χορεῖον, ᾧ πολλῷ κέχρηνται ἐν τοῖς Μητρῴοις· ἔνιοι δὲ καὶ τὸν βακχεῖον Ὄλυμπον οἴονται εὑρηκέναι.

εὐθὺς μέν] His respondent §. 4. ἐπεί γε μήν. Cf. IV, 37.

ὡς πᾶς ἂν ἔγνω] Anab. VII, 6, 23. ἔδει τὰ ἐνέχυρα τότε λαβεῖν, ὡς μηδὲ εἰ ἐβούλετο ἐδύνατο ἂν ταῦτα ἐξαπατᾶν. Sic ὡς ἂν sq. infinitivo legitur ibid. V, 9, 31. καί μοι οἱ θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὡς (al. ὥςτε) καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι κ. τ. λ. Cf. infra §. 6. Cum antecedentibus τοιοῦτόν τι ἐποίησε Schneiderus comparat I, 9. ἐσχηματίζοντό πως.

4. *ὥςπερ ἂν εἴ τις φ.*] Intellecto ἐπιχορεύσειε Weiskius interpretatur: „*quo gestu et motu is, qui summo amore teneretur accederet.*" Accuratius verborum structuram sic resolves: ὥςπερ ἄν τις ἐπιχορεύσειεν, εἰ φιλικώτατα ἐπιχορεύσειεν. Cyrop. I, 3, 2. ἠσπάζετό τε αὐτόν, ὥςπερ ἂν εἴ τις πάλαι συντεθραμμένος καὶ πάλαι φιλῶν ἀσπάζοιτο. h. e. ὥςπερ ἄν τις ἀσπάζοιτο, εἰ πάλαι συντεθρ. ἀσπάζοιτο. Cf. Stallb. ad Platon. Apol. p. 17. D. et Iacobs. ad Philostrat. Imagg. II, 37. p. 96, 22.

ἐπὶ τῶν γονάτων] „Vertunt: *ad genua* (Ariadnes) *consedit*, aut *in genua provolutus est*, verentes, puto, ne durum et rusticum sit amatorem considere *in Ariadnes* (reginae) *geni-*

αἰδουμένῃ μὲν ἐῴκει, ὅμως δὲ φιλικῶς ἀντιπεριελάμβανεν. οἱ δὲ συμπόται ὁρῶντες ἅμα μὲν ἐκρότουν, ἅμα δὲ ἐβόων αὖθις. ὡς δὲ ὁ Διόνυσος ἀνιστάμενος 5
συνανέστησε μεθ' ἑαυτοῦ τὴν Ἀριάδνην, ἐκ τούτου δὴ φιλούντων τε καὶ ἀσπαζομένων ἀλλήλους σχήματα παρῆν θεάσασθαι. οἱ δ' ὁρῶντες ὄντως καλὸν μὲν τὸν Διόνυσον, ὡραίαν δὲ τὴν Ἀριάδνην, οὐ σκώπτοντας δέ, ἀλλ' ἀληθινῶς τοῖς στόμασι φιλοῦντας, πάντες ἀνεπτερωμένοι ἐθεῶντο. καὶ γὰρ ἤκουον τοῦ Διονύσου 6
μὲν ἐπερωτῶντος αὐτὴν εἰ φιλεῖ αὐτόν, τῆς δ' οὕτως

---

bus. Sed tamen hoc verba volunt, neque res repugnat. Hodie quidem apud populos humanitate excultos homo sobrius amicam in sua potius genua surripiat, quam eam genibus insidens molestia afficiat. Sed habemus hic a) deum et b) ebrium quidem et c) eundem ad mores vitae priscae expressum, quem non debemus mirari paullulum Ariadnes genibus leviter nixum eam suscitare." *Weisk.*

ἐβόων αὖθις] *rursus exclamabant. Leuncl.* Videtur Xenophon verbum ἠγάσθησαν (§. 3.) respicere. Inepte Sturzius Lex. X. Vol. I. p. 467. interpretatur *repeti iubebant.* Non enim βοᾶν significat *iubere* nisi addito infinitivo, ut Eur. Androm. 298. βόασε Κάσανδρα κτανεῖν. Dionys. Hal. Ant. Rom. VII, 62. ἀπολύειν ἐβόα τὸν ἄνδρα. Sed Sturzii explicationem ne contextus quidem atque series orationis patitur.

5. ἐκ τούτου] similiter post ὡς infertur Hellenic. III, 5, 22. ὡς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἐλθόντες ξυμπαρετάξαντο ὅ τε Παυσανίας οὐ προσῆγεν οὐδὲ ἐμάχετο, ἐκ τούτου τὸ μὲν Θηβαίων πολὺ μεῖζον φρόνημα ἐγίγνετο. ibid. V, 4, 11. ὡς δὲ ἔγνωσαν — ἐκ τούτου κ. τ. λ. VII, 5, 1. ὡς δὲ ταῦτα ἀπηγγέλθη — ἐκ τούτου κ. τ. λ. Item post ἐπεὶ II, 3, 13. III, 5, 21. De Vectigg. I, 1. alibi.

οὐ σκώπτοντας] *non per iocum. Leuncl. non se osculari simulantes.* Sturz. L. X. Vol. IV. p. 61. Rectius Leunclavius.

6. καὶ γὰρ ἤκουον τοῦ Διονύσου μὲν ἐπερωτῶντος αὐτήν] *etenim videbantur sibi audire Bacchum* (puerum Bacchi personam agentem, sicut §. 5.) *ex Ariadne quaerentem.* Referendum nimirum totum, quod hic exponit Xenophon θέαμα ad saltationes, ut magis motu mimico quam diverbiis actum esse

ἐπομνυούσης ὥςτε μὴ μόνον τὸν Διόνυσον, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρόντας ἅπαντας συνομόσαι ἂν ἦ μὴν τὸν παῖδα καὶ τὴν παῖδα ὑπ᾽ ἀλλήλων φιλεῖσθαι. ἐῴκεσαν γὰρ οὐ δεδιδαγμένοις τὰ σχήματα, ἀλλ᾽ ἐφειμένοις πράττειν ἃ
7 πάλαι ἐπεθύμουν. τέλος δὲ οἱ συμπόται ἰδόντες περιβεβληκότας τε ἀλλήλους καὶ ὡς εἰς εὐνὴν ἀπιόντας, οἱ

---

§. 6. ὥςτε] In libris omissum inseruit Steph. ὡς iam ante eum Castalio interposuerat. — συνομόσαι] A B C F a cum mgg. st. et l. pro ἐπομόσαι. — ἐφειμένοις] A B C a b. ἐφειγμένοις i c b. Cum Steph. et Leuncl. Dindorfius ἐφιεμένοις, Weisk. et Schneid. praeeunte Bachio ἐφεμένοις. — §. 7. καὶ ὡς εἰς εὐνήν] In Weiskii et Schneideri Edd. excidit εἰς, unde factum ut Schaeferus ὡς in εἰς mutaret.

---

videatur. Omnes omnino Siculorum saltationes, quarum aliae ad deos colendos erant institutae, aliae iocularibus motibus atque lascivis ad spectatorum animos exhilarandos faciebant, magis minusve ad ludos mimicos accessisse argumentis comprobavit Grysar. De Doriens. comoed. Vol. I. p. 63 sq.

ὥςτε – ἅπαντας συνομόσαι ἄν] *dass Alle darauf hätten schwören mögen.* ἄν spectat enuntiationem hypotheticam, non additam illam a scriptore, sed facile tamen mente supplendam: *omnes iurassent, si quis iurare eos iussisset.* V. Matth. Gr. uber. §. 598. 1. cl. §. 515. n. p. 981. Cf. supra §. 3.

ἦ μήν] in iurandi formulis rei certius affirmandae inservit. Cf. Anab. II, 3, 27. Cyr. VI, 2, 39. Matth. §. 604. Buttm. §. 136. p. 439 (578). §. 3.

δεδιδαγμένοις τὰ σχήματα] Matth. §. 424. 1. Buttm. §. 121. 6.

ἐφειμένοις] *quibus venia data est, quibus permissum est.* Matth. §. 490. Buttm. §. 121, 5. Bernhardy Cap. VIII, 2. b. p. 341 sq.

7. ὡς εἰς εὐνήν] Quid sibi velit ὡς praepositioni praefixum disces a Buttmanno §. 136. init. Cf. Anab. I, 8, 1. προςέρχεται ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένος. §. 23. ἐπέκαμπτεν ὡς εἰς κύκλωσιν. II, 5, 30. συνηκολούθησαν ὡς εἰς ἀγοράν.

μὲν ἄγαμοι γαμεῖν ἐπώμνυσαν, οἱ δὲ γεγαμηκότες ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀπήλαυνον πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὅπως τούτων τύχοιεν. Σωκράτης δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ ὑπομείναντες πρὸς Λύκωνα καὶ τὸν υἱὸν σὺν Καλλίᾳ περιπατήσοντες ἀπῆλθον. αὕτη τοῦ τότε συμποσίου κατάλυσις ἐγένετο.

γαμεῖν ἐπώμνυσαν] γαμεῖν dicunt esse futurum Atticum pro γαμέσειν. Pertinent huc quae Schaeferus annotavit ad Demosth. Olynthiac. II (vulg. III), 9: „Attendendum, inquit, ad consuetudinem Graecorum proprie utendi infinitivis futurorum, ubi lingua et Latina et vernacula infinitivis praesentium utitur, qua in re illi rationis temporum multo sunt observantiores quam aut Latinae aut vernaculae linguae ingenium patitur." Sed non minus vere praecipit Kruegerus De authent. Anab. p. 39 sq.: „Magna autem in hoc genere cautione opus est, cum vividum Graecorum ingenium facile instans tempus ita praesenti annexuerit, ut saepe aoristo praesentis usi sint ubi nos futurum exspectemus." Sic Anab. II, 3, 27. ὀμόσαι ἦ μὴν πορεύεσθαι. ubi v. Krueger. Cyrop. VI, 2, 39. προςαγαγὼν ἐγγυητάς, ἦ μὴν πορεύεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ. Alius autem generis est locus quem paullo ante §. 6. legimus συνομόσαι ἂν — φιλεῖσθαι. Cyrop. VIII, 4, 7. ὄμνυμι ἦ μὴν ἐμοὶ δοκεῖν et ibid. VIII, 3, 47. ὀμόσας εἶπεν ἦ μὴν σπουδῇ λέγειν. Cf. Oecon. XX, 29. ἐπομόσας λέγω, ἦ μὴν πιστεύειν σοι. Quibus omnibus locis praesens tempus esse necessarium non est quod moneam.

ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους] Eadem structura est Anab. I, 8, 3. IV, 7, 24. Oec XI, 17. Cyr. IV, 1, 7. al. Quid sit ἀναβαίνειν ἐπὶ τοῦ ἵππου docet Schaef. ad Apoll. Rhod. II. p. 289. Interdum verbo ἀναβαίνειν subiicitur simplex accusativus, ut ap. Palaephat. Fab. I, 5. ἀναβαίνειν τοὺς κέλητας.

ὅπως τούτων τύχοιεν] *um dieser froh zu werden.* **Finckh.** Plutarch. Q. Symposiac. III, 6, 1. οἱ μὲν τὸν Ξενοφῶντα παρέλαβον ὡς ἀπάγοντα τοὺς συμπότας μετὰ δεῖπνον οὐχὶ ἐφ' ἵππον (Wyttenbach. e coniectura οὐχὶ πεζῇ ἀλλ' ἐφ' ἵππων) ἐπὶ συνουσίας πρὸς τὰς γυναῖκας. Ceterum postrema narrationis Xenophonteae verba nil nisi iocum continere statuit Grysar. De Doriens. comoed. p. 62. Sed v. Delbrueck. p. 74.

ὑπομείναντες] Anab. IV, 3, 15. καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς — τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος ὑπομένειν σὺν Ξενοφῶντι. ibid. IV, 5, 23. καὶ Χειρίσοφος μὲν αὐτοῦ ὑπέμεινεν, οἱ δὲ ἄλλοι — ἐπορεύοντο.

αὕτη — κατάλυσις ἐγένετο] Pronomen ubi pro subiecto habendum est, substantivum autem praedicati locum obtinet,

articulus omittitur. V. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 177 sqq. et Engelhardt. ad Platon. Lachet. §. 1. Articulum tamen in hoc loquendi genere ex optimis codd. restituit Stallbaum. apud Plat. Apol. p. 18. A. δικαστοῦ μὲν γὰρ αὕτη ἡ ἀρετή, ῥήτορος δὲ τἀληθῆ λέγειν. Idem cum codd. omisit articulum ibid. p. 24. B. αὕτη ἔστω ἱκανὴ ἀπολογία πρὸς ὑμᾶς, ubi vulgabatur ἱκανὴ ἡ ἀπολ. De Rep. p. 462. A. ἆρ' οὖν οὐκ ἥδε ἀρχὴ τῆς ὁμολογίας;

I.

INDEX VERBORUM.

A.

B.

Γ.

E.

P.

Σ.

T.

II.

INDEX RERUM.

B.

C.

T.

V.

X.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 17. v. 20. De particula *καί* inprimis consulendus Hermann. ad Vig. p. 837. et ad Soph. Philoct. v. 13.

\- 19. v. 1. *ἔσπεισάν τε* coniicit Krueger.

\- 28. v. 15. leg. *ἑξῆς*.

\- 29. v. extr. debebam Sturzii errorem corrigere: pendet enim *ὅ τι* ex *ἐπισταμένῃ*.

\- 31. v. 2. *μέν* delendum.

\- 44. v. 8. *πυκνά* et similes accusativi quomodo explicandi sint disce ab Kruegero ad Anab. V, 4, 32. et V, 9, 5. Ed. rec. (Berol. 1830).

\- 46. v. 28. *ἐξηγεῖσθαι* est nostrum *angeben*. Singulari quodam errore meo factum est ut *εἰσηγεῖσθαι* menti obversaretur.

\- 48. v. 15. *οὐδὲ καθ' ἓν* esse pro *κατ' οὐδέν*, quod non facile usquam reperias, docuit me Kruegerus. Cf. Apomn. IV, 2, 22. Hellenic. VI, 4, 28. Similiter *οὐδὲ ὁ ἕτερος* Dinarch. I, 82. *μηδὲ μεθ' ἑτέρων* Dionys. Hal. ed. Krueger. p. 168., ubi vid. annotata.

\- 66. v. 8. Krueger. coniicit *ἢ ἄνευ ἐκείνου ἀκ. ζ.*

\- — v. 18. pro alliteratione l. annominatione.

\- — v. 21. pro 14 l. 17.

\- 67. v. 7. l. *ἐγὼ γοῦν*: fallitur enim Bremius.

\- 75. v. 9. pro ts l. st.

\- 78. v. 23. verba „et supra ad II, 21." dele.

\- 81. v. antepenult. leg. *inservire fere adnectendis iis orationis membris quae tanquam non necessaria praecedentibus accedant*, docet Herm. ad Vig. p. 835.

\- 86. v. 31. verba „apud Xenophontem" dele.

Pag. 90. v. 2. pro τοῦτον in st. 1. comparet τοῦτο idque inde transiit in l. 1. et Bachianam. Defendit hanc scripturam Pflugk. ad Eurip. Heracl. v. 17. Equidem meliores libros sequi malui.

- — v. 11. καὶ οὗτος δή coniicit Krueger.

- 97. v. 17. pro τὸν τοιοῦτον χρῶτα l. τὸν χρῶτα τοιοῦτον. Cf. ad Apomn. IV, 7, 7. De σοῦ pronominis collocatione v. Krueger. ad Anab. V, 6, 16. (Edit. Berol.)

- 100. v. 23. Quae de particula ἤδη annotata sunt, ea iam ita mihi displicent ut deleri malim.

HALIS SAXONUM
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

